



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



24. S. 22.


MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

24.S.22





CONCILIVM PROVINCIALE COLONIENSE.

A N N O M. D. XXXVI. CELEBRATVM.

Cui, Hæc Sunt Addita.

FORMULA AD QVAM VISITATIONE
intra Diœcesim Colonensem exigitur.

REFORMATIO CLERI AD
correctionem uitæ & morum.

STATUTA SYNODALIA D.
Valentini Episcopi Hildesemensis.

FORMULA VIVENDI CANONUM
secularium, clericorum, clericariorum, & aliorum presbyterorum seculacionis.



Edidere librarii Sirenis melius omnibus.
VENETIIS M. D. XLIII.

HERMANNVS DEI GRATIA SANCTVS

Coloniensis, ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii per
Italianam Archicancellarius, princeps Elector, Vestigialia
et Angariæ dux, sacro sanctæ Apostolicae sedis Legatus
natus, ac Administrator ecclesiæ Paderborneñ. etc.
vniuerso clero ac populo prouinciae nostræ Cos-
loniensis, salutem in domino sempiternam.



INTER Innumera huius calamitosæ temporis
statis aduersa, quibus iusto Dei iudicio premis-
murus, nihil ita ex eo potissimum tempore, quo nos
Deus Opt. Max. licet indignos, ad ministerium
episcopalium functione vocare dignatus est, ani-
mum nostrum trosit, quā quod uidemus ecclesiæ nauiculæ, uelut indor-
miente ipso Nauclero, Christio Iesu, in mediis constitutâ fluctibus
turbulentissimaru procellarū impetu, iam nimirū diu summo cū rea
Christianæ periculo iactari, nec interim in tata rerū desperatione
laboratibus, ullū alicudæ salutis portū in quē se tuto recipiat, Chris-
ti nauis uel de lōg in quo ad fulgere. Nā quod aliquot abhinc annis
pleraque remedia tentata sint, id nos discutiat magis, quū animade-
uerimus haec tenus penè nihil actū, sed omnino frustra laboratum
esse. Et quis, quæso, tā stupidus est, qui nō sentiat omnē conatu no-
strū idcirco irritū atque inanē fuisse: quod huc usque nec sincera in
Deū fide, nec unanimi uoto indormiscentē dñm ardētibus precibus
in clamauerimus, sed incrudelitate torpētes, ac corruptissimis ani-
morū affectibus, studia in cōtraria currētes nō res pexerimus toto
corde in eum, qui dixit: Venite ad me oēs qui laboratis et onerati
estis, et ego reficiam uos. Neque enim ille uel immemor est promissi
uel manus eius abbreviata, ut saluare nō possit, qui nō derelinquie
oī sperātes in se, sed iniquitates nostræ diuiserū inter nos; et illū,

atq; utinam iam tandem resipiscētes, studeamus, repurgatis per Dei misericordiā mētibus nostris, uel tantillā fidē a dño impetrare, quā tula Apostoli prædicti erāt quū in mari intumescēti cōprehēsi, dñm pariter accesserūt, atq; in cervicali reclinantē fuscitarūt, inclamātes: Dñe, salua nos, perimus. Quæ ut tū nō satis integra fuerit, qđ uicissim audirēt, quid timidi es̄tis modicę fidei: tāta tamē fuisse perhibetur, ut Iesus ille seruator excitatus ac surgēs, imperaret uentis ex mari, adeo ut statim subsecuta sit trāquillitas magna. Quā infērior ergo illa licet modica, inanimi tamē discipulorū fide, nostra erga deū fiducia hactenus fuerit, qđ indignos gratia dei prie' Apostolus, qđ adhuc rudib⁹, nos hucusq; præstiterimus, res ipsa actionūq; nostrarū euētus satis superq; declarāt. quid enim tot comitiis, tot cōuentibus, tot deniq; cū priuatis tū publicis cōsultationibus super cōponēdis hisce fluctibus, nō semel habitis, aliud effectū est, quā quod tēpestas propemodū facta est cōcitatiō: Tandē ad uniuersitatem Conciliū, uti ad ultimū asylum respeximus oēs, quod in primis inuictissimus: perinde ac piētissimus ecclesiæ pugil, Carolus, eius nominis quintus, Romanorū Impator, semp̄ auguſtus, authoritate Apostolica indici, magna cū instātia postulauit, beatissimus subinde Pontifex piētissimæ postulationi assentiēs, futurū promisit, totus deniq; orbis īgēti cū defiderid hactenus expectauit, Sed ut nō leuis momēti res est, generalē ecclesię Synodū cōuenire, ita permulta sunt, quę omnis dissidii, parēte diabolo procurāte, subinde suborūtur impedimenta quibus et si nō omnino spes indicēdi cogēdiq; Cōciliū, adimatur, tamē res omniū maxime necessaria, in longū salē protrahitur. Nos igitur rationē officii ep̄alis nobis cōcredit̄ solē citē animo uersantes, qđ maluissimus rebus labētibus, publico atq; adeo totius orbis Christiani auxilio succurri, quā priuatim in provincia nostra de necessario remedio dispicere, In tā lōga tamē expectatione, dilationeq; sperat̄ opis, nullā excusationē inuenimus,

dintius in officio nostro cessandi, maxime quod haeresum ac schista-
matum pestilentissimis, exitialibusq; flatibus prouinciam nostram
undecunq; idq; agminatim impetentibus, sceleru quoq; ac morum
longe corruptissimorū lue ac fluctibus, magis ac magis inundans
tibus, omnem de hinc moram extremi plenam periculi iudicemus.
Proinde et diuina uoce cōmoniti, et sacrorum canonum iussu co-
hortati, prouinciale Cencilium in ciuitate nostra Colonia Agripa-
pina, deo authore, celebrandum indiximus. In quo quum nobiscum
Reuerendorum Suffraganeorum nostrorum : Leodię. Episcopi ac
Monasteriorum. et Osnaburgeń. confirmati Administratorisq; Min-
densis ecclesiarum Legati (Traiecteń. interim Episcopi procurato-
ribus, quo minus ad nos se reciperent, inter eundum per obuios me-
lites quemadmodum ipsorum literæ excusatoriæ continebant, pro-
hibitis) simul et cum uenerabili clero nostro, in dei nomine con-
uenerint, ipsiusq; dei ac ecclesiæ causam (quantum is, a quo omne
datum optimum ac omne donum perfectum descendit, pater lumis-
mem concessit) diligenter pertractarint. Tandem discussis omni-
bus, que repurganda uidebantur, reformationem quam omni ope-
molimur et ex animo optamus, in Canones quosdam diuina lega
ac patrum sanctiōibns consentaneos contraximus, quos uisitatio-
ne diocēsos nostræ effectui mancipare (quoad eius fieri potest)
deo adiutore adnitemur, ut habeat prouincia nostra, donec ge-
nerale illud indicatur Concilium, aliquantulam saltem opem, qua
se aduersus ingruentes ac inundantes dissidiorum fluctus ac sce-
lerum luem, seruet ac tutetur. Omnia tamen, quæ hoc libello con-
tinentur iudicio sacrosancte Apostolicæ sedis, quam merito uene-
ramur, submittentes.

INDEX TIT.

TULORVM PRINCIPALIVM AC

Capitulorum Concilii prouincialis Colonieñ.

quæ illis ad Christianæ pietatis argmen-
tum comprehenduntur.

Folio. I.

DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium episcopi post uerbi prædicationem, consitit potissimum
in impositione manuum, & visitatione ecclesiarum.

DE impositione manuum, In eligendo, ætas, mores, literatu-
ra, & sacer ordo spectada. &
corū collatio, ac institutio mi- Electionē syncerā eē oportere. 9
nistrorum. Cap. 1 In confirmatione electionis, que
Ad certum titulum ecclesiasticum expendenda. 10

Hiros canonice deligendos, ore Per patronos idoneos praesentas
dinandosq;. 2 ri oportere. 11

Manū nemini cito iponēdā. 3 quid incubat Archidiaconis. 12
Humani affectus & uenalitas Aliquot abusus Officialiū inter-
in beneficiis ecclesiasticis, exes- uisitandum corrigendi. 13
crabiles. 4 Omnes qui de beneficiis dispo-
Beneficia ecclesiastica, priusq nūt, sui officii admonēdi. 14
uacent, nemini promittēda. 5 Moderatio patronos laicos res-
Dignis tñ bñficia eē cōferēda. 6 spiciens. 15

Idoneos tantum in prælatos elis De officio Vicariorum in pontis
gendos esse. 7 ficalibus. 16

INDEX CAPITVM.

- quid ipis potissimūcuradū sit. 17 Odiosa beneficiorum pluralitas
De cetate ordinandorum. 18 in una eademque persona. 32
Testimoniū uitae ac doctrine pro Dispensationes inspiciendae; ut
initiados sacris, exhibedū. 19 occurratur abusibus. 33
De eruditione ordinandorum in= In resignationibus ac promutatio*n*i
quirendum. 20 bus beneficiorū quae cura ad-
Videndum quo affectu ad ordi- hibenda. 34
nes accedatur. 21 Preflat paucos esse bonos, quod mul-
Quato tempis spatio, an maioriū or- tos inutiles sacerdotes. 35
dinū receptione, initiadi se pro- De uisitatoe ult. loco dicedū. 36
sentare debeat. Itē, et quod initiā
di tum secū allaturi sint. 22 DE officio priuato ac publi-
quale testimonium adferedū. 23 co, uitaque; ac moribus Cle-
Die Mercurii proxima ante sue ricorum generatim. Cap. I
sceptionem ordinū, examinā- Vn clerici appellatio deriuata. 2
di, qui initientur sacris. 24 Clericum suo officio intentū es-
Neminem ab examinatione im- se oportere. 3
munem esse oportere. 25 Duplex clericorū ministeriū. 4
Cuius admonēdi fint pridie ordi Biblia a Clericorū manibus nū-
nationis die, initiadi sacris. 26 quam deponenda. 5
In minoribus ordinibus conferē- De horariis precibus iudies plegē-
dis, quod cura adhibenda. 27 dis, et reformādis breuiariū. 6
Ab initiadis nihil exigēdū. 28 Pro cuiuslibet affectu, non facile
Literae dimissoriæ nulli temere nouandum quid in ecclesiastis
concedendae. 29 co officio agitur. 7
Tituli ordinandorum diligenter quo affectu horarias preces per
discutiendi. 30 soluere oporteat. 8
Peregrini clerici quomodo ad- Summa deuotione missæ sacram
mittendi. 31 celebrari oportere. 9

CONCILII PROVIN. COLONIEN.

- Arguitur, qui polluta mente fitatis causa intrare. 25
altare domini accedunt. 10 Habitus, seu exterioris corporis
Reuidenda Missalia ac Breviae cultus modestia, a clericis exis-
tia. 11 gitur. 26
- Quæ obmitti aut decurtari, uel Mali exempli est, sacerdotem se
organorum uel cantorum cō- uēditare in Capellā delicas-
centu haud debeant. 12 to laico aut mulierculæ. 27
- Quæ admodū Missa legēda. 13 Suspecta mulierum cohabitatio
quid post eleusione Eucharis Clericis interdicta. 28
flīc agendum. 14 Avaritia i clero execrabilis. 29
- Organorū melodia quemadmo Honesto artificiolo uictum que-
dum temperanda. 15 rere Clerico licet. 30
- Singulis dñicis diebus, q̄ ipsi pe Clerici ne mercatores sint, muls-
cularia sūt officia dicēda. 16 to minus fœneratores. 31
- Confessio, missæ præambulum, Dānantur Clerici superfūtiosi,
deute recitanda. 17 scurræ, curiosi ac leuiculi. 32
- Car sacerdos in altari ministrū Folio. XVIII.
habeat. 18
- Omnis cultus diuinus summa cū De officio Decanorum. 2
- ueneratione peragendus. 19
- De uita ac morib. clericorū. 20
- Ob quam causam clerici male De officiis in eiusmodi eccles-
audiant ac puniantur. 21 fuis ministrantium. 3
- Præcipue cāq̄ oīs mali tres. 22
- Ambitionem ac fastum clericali De canonicorū uita & offō. 4
- officio maxime repugnare. 23
- Oīs luxus clericō iterdictus. 24
- Clerico non licere uel cauponē Inter sacra nihil ne cogitandum
agere, uel tabernas, nisi neces- quidem, quo d dei aut ecclesiæ

INDEX CAPITVM

- oculos offendat. 6 dis annis (qui expectantie ap
 Decani templi summi potestas in pellantur) uidendum. 21
 praevaricatores. 7 Non oportere a Canonico reces
 quem oporteat esse uestitu mini admissio, pecuniā statutariam
 strantium in hisce ecclesie. 8 duplicatam ob antecessorem
 Decāi undiquaq; aduigilabūt. 9 exigi. 22
 Ante omnia uero, ut Canonici sa Cōmuni necessitatē ecclesiae, cō
 cris adsint. 10 cōtributione consulendū. 23
 Vicarii, ut diuinis laudibus decā Tribunalia extra templo collo
 tandis interfit, adigendi. 11 canda. 24
 Ad personalē residentiā cogēdi Optandum, ut deambulationes
 quibus hæc per fundationes be in hisce ecclesie prohiberi pos
 nefiorum est imposta. 12 fint. 25
 Lucrī tantum causa sacrī adēs Theatrales ludos non inferen
 se non oportere. 13 dos templis. 26
 Capitula disciplinæ qualiter ob Cuiusdam abusus abrogatio. 27
 seruanda. 14 Processionum Collegatarum ec
 Officium Decani in rebelles. 15 cleiarum, quæ ad maiore finit,
 Contentiosi ad pacem & con moderatio. 28
 cordiam per Decanum & Ca De processionibus non abro
 pitulum renocandi. 16 gatis. 29
 Pœna aduersus contentiosos per Quomodo ad anniversaria epis
 tinaces. 17 scoporū in maiori ecclesia con
 rum cōuentus obseruādi. 18 Minoræ ministeria idoneis com
 Volūina statutorū reuidēda. 19 mittēda ac decēter pagēda. 30
 In Capitulis a iuramento facili Folio. XXVII.
 exactione temperandum. 20
 Inter uisitandum de moderan D E parochis ac eorum Vis
 G o o g l e
 daliis, alijsq; uerbi mis

CÖNCILII PROVINICIAE COLONIEN.

- missis. Cap. 1 hendis. 13
 Qui admittendi. 2 Qui nulla legitima autoritate innixi, se uerbi ministerio ige
 Orandus deus, ut mittat opera: rios in messem suam. 3 ruit uti seditiosi cōprimēdi. 14
 Vnde dīnoscere opōrteat Pseu: Prohibentur omnes apostatę mo
 do ecclesiastes. 4 nachi ignoti ac peregrini sper
 Soli, authoritate ordinaria com- mologi. 15
 probati, ad uerbi ministerium De Terminariis quatenus ad-
 admittendi. 5 mittendi. 16
 Qui sunt legitimi parochi, ex il- priuilegiis fratrum nihil deros-
 lorū vicarii, modo tñ hi exami- gatur. 17
 nati prius, & admissi sint. 6 Monachorum ecclesiae per secu-
 Fratres mendicantes quatenus lares (ut vocant) presbyter
 admittendi. 7 gubernandę. 18
 quam modestiam fratres men- Folio. XXXI.
 dicantes in uerbi prædicatione
 seruare oporteat. 8 **P** E uita ac moribus para-
 Non ferendi, qui in iurisdictione chorum. Cap. I
 potestates temere adueniat, necessarium. 2
 plebem inuehuntur. 9 Pastorem gregis exemplum esse
 Abusus est, qui parocco suo officio interdicere. 3
 Fratres mendicantes his synoda 10 Vitanda parocco in primis au-
 libus constitutionibus erunt pa- ritia. 4
 rentes. 11 Parochi familiam irreprehensibilem esse debere. 5
 Decet quoq; ut fratres eatenui Parocco luxus oīo cauēdus. 6
 ordinarię peāti subiiciātur. 12 Pudicitia seruanda parocco. 7
 De semel certo loco destinatis ac Quę fugienda & que sectanda
 admissis non temere retras parocco. 8

I N D E X . C A P I T U M .

Folio.	XXXIIII.	pro magistratibus.	18
D E dissemination uerbi.	Cap. I	Notantur qui secus docēt.	19
Quid parocho meditandum.	2	Encheridion contrahēda.	20
Fidelitas in primis in parocho requiritur.	3	Encheridion quę docebit.	21
quis sit fidelis uerbi dispeſator.	4	Ordo concionandi, quem simpli ciores sequentur.	22
Omnis scripture ad geminā cha ritatem exigenda.	5	Sanctorum hiſtoriæ quatenus ac tingendæ.	23
Sūma euāgelicæ p̄dicatiōis.	6	Allegoriæ q̄uo explicandæ.	24
Parocho cautissima ſolitudine in p̄dicatione uerbi utendū.	7	Quomodo finienda concio.	25
Quemadmodū sermo téperā.	8	quid recitatū finita cōciōe.	26
Quid cauēdū iter cōcionādū.	9	Qūo, finita cōciōe, populus exci tādus ad orādū p̄ defūctis.	27
Nihil aut fabulosum, aut ſuspe ctum adferendum.	10	Folio. XL.	
Loquacitas uitanda.	11	D E administratione ſacras mentorum. Cap. I	
quęadmodū parochum aduersus hereticos pugnare oporteat.	12	Inſtruendus populus, quid aga tur in cuiuslibet ſacramenti ex hibitione.	2
Aſcommatis et conuictiis abſti nendum.	13	Quid agatur in baptismo.	3
In contentioſis dogmatibus, qūo docēdus populus ſapere.	14	Cuius ſint admonendi ſucepto res infantis.	4
qualē oportet eſſe parochum in reprehendēdis criminibus.	15	Populus docendus, quid uelint	
Manifesta reprehensio utriusq; potestatis uitanda.	16	Externa ſigna.	5
Qūo corripiēdi magistratus.	17	Quō accedēdū ad baptismū.	6
Admonendus populus, ut oret		Baptismus in facie ecclie per agendus.	7
		In confirmationis exhibitione	

CONCILII PRO VIN. COLONIEN.

- quid docendum. 8 quorum admoneri populus hoc
quomodo ad sacramentum cōfir sacramētū participaturus ma-
tationis accedendum. 9 xime debeat. 22
- Cuius sint admonendi suscepto- Docendus quoq; cur hoc sacra-
res confirmati. 10 mentum sub specie panis et
De moderādis donariūs, quae su- uini institutum sit. 23
sceptores infantibus donāt. 11 quomodo singulis dominicis die-
Docendus populus de signis ex- bus plebs ad audiendam mis-
ternis. 12 sam se præparabit 24
- De sacrosancta eucharistia 13 Docendus populus generatim,
Quid docendus populus in hu- quid agatur in missa. 25
ius sacramēti ministratiōe. 14 Corripiendus abusus eorum, qui
quibus persuasum est utrāq spe ante finitam missam irreueren-
ciem, laicum participare opor ter discedunt. 26
tere, quomodo docendi. 15 Docendus populus, quale sit mis-
sa sacrificium. 27
- De ueneratione sacrosancte Eu- charistiæ. 16 Exequiæ ac missæ pro defunctis,
quomodo tantum miraculum in quando, et cum qua admoni-
hoc sacramento fiat, populus tione celebrandæ. 28
docendus. 17 Quid ad exequias euocādi. 29
- Quo admonēda plebs ad sumen De pœnitentiæ partibus. 30
dā Eucharistiā accedens. 18 Prima pœnitentiæ pars contri-
Qui ad hoc sacramentum parti tio, in suggesto semper pertra-
cipandum admittendi. 19 standa. 31
quatenus alteri quę suo parocho Neminem non ad pœnitentiam
confessus, ad Eucharistiam ad inuitari. 32
mittendus. 20 Presbyter qui a confessionibus
Intra annum saltem semel com- est, qualis esse debeat. 33
municandum. 21 Quid confitentem docebit pre-

INDEX CAPITVM.

- sbyster confessarius. 34 Cur adhibeatur extrema m^{is}
Remedium pro ratione morbi filio. 49
adhibendum. 35 quomodo impendenda uncio
Nimis anxii quo trā quillādi. 36 extrema. 50
Moderatio in casibus reseruas A sepultura nemo in communio
nis. 37 ne discedens, repellendus. 51
Publicē pœnitentiae usus in eccl^s Quam admonitionem in sepul-
clesiam reuocandus. 38 turis, & exequiis fieri oportet.
Recitata confessione, quid agen- 52
dum per parochum. 39 Folio. LIII.
In matrimonii sacramento quid
agatur. 40 D Euictu parochorū. Ca.
quemadmodum monendi sunt,
qui matrimonium contrahere
affectant. 41 Parochis uictus necessa-
rius suppeditandus. 2
Matrimonii tria cōpletei. 42 Vicecurato^s quos vocat, ex pros-
Pium uotum & in clandestinæ
contrahentes censura. 43 stentationem recepturos. 3
Coniunctio coniugum in facie
ecclesiæ peragenda. 44 qui ecclesiæ unitas habet, uicas
Peregrinos & ignotos sine legi- rius perpetuis portionem cons-
timō testimonio non coniungendos. 45 gruam assignare oportere. 4
In gradibus consanguinitatis &
affinitatis concilium generale Vbi redditus non sufficerint
obseruandum. 46 Denarius consuetus, sed duplicitus pendendus. 6
Ludicra tollenda. 47 Laudabile consuetudinē Agrip-
De sacro ordine dictum esse
prius. 48 pine Colonia per h̄c non abs-
rogari. 7
Folio. LV.
D E constitutionibus ac consuetudinibus ecclesiastī

CONCILII PROVIN. COLONIEN.

- cis. Cap. I Cur benedicantur cāpanæ. 14
Ieiunia ab ecclesia indicta, re: Docendus populus, ut signatis
uerenter obseruanda. 2 potius quā signis inh̄creat. 15
Irrisores ecclesiasticorum ieiun: quicquid in ceremoniis ad abus-
nionem refelluntur. 3 sum spectat, caute ac diligē-
Eccl̄iae constitutionem charita- ter cauendum. 16
ti cedere. 4 Cur reconcilietur templum aut
quid in ieiunio potissimum spe- cōmiterium. 17
ctandum. 5 quae pollutio reconciliationem
Redarguuntur qui quadragesimæ observationem contem- requirat. 18
nunt. 6 conciliatio facienda. 19
Lætaniæ & rogationes cur insti- Immunitatem ecclesiasticam in
tutæ. & quomodo populus ad duobus potissimum sita esse. 20
monendus sit. 7 quemadmodum fraternitates
Processiones intra septa ecclesia reformandæ sint. 21
rum peragendæ. 8
Admonendus populus, cur feriæ Folio. L X I.
inflitutæ. 9 D E uita ac conuersatione
In fériis soli deo uacandum. 10 monastica. Cap. I
Dies dedicationis templi extra Neminem monachismi professio
Coloniam, uno die ubiq̄ cele- ne temere alligandum. 2
brandus, & quomodo sit ad: Admonendi parentes, ne liberos
monendus populus. 11 invitatos in monasterium detrus-
Cur templo & altaria conse- dant. 3
crentur. 12 quo affectu monastica uita am-
Populus docendus, quid agatur plectenda. 4
& significetur in consecratio- In monasteriis habendus, qui do
ne templorum & altariū. 13 ceat legem domini. 5

INDEX CAPITVM.

- V**erbi prædicatorem in monaste reuocando. 17
- r**ius esse oportere. 6 Literas priuatas monacho, aut monachæ, iniussu Abbatis refi gnare non licere. 18
- M**onachi bonæ indolis ad Aca demias mittendi. 7
- M**oniates non esse alligandas, ut nulli quam suo(ut uocat)patri reformandi. 19
- aut præposito cōfiteantur. 8 Folio. L X V .
- M**utata esse paulatim in faciem monasteriorum, ac usurpatum hospitii ius simul cum accessu moderandum. 9 In hospitalibus in primis animæ curandæ, deinde corporis. 2
- V**isitatio monasteriorum necessaria. 10 In hospitalia qui recipiendi. 3
- S**umptuosi monialium Præpositi abrogandi, & frugales cœco nomi consituendi. 11 In hospitalia pauperes eius loci, ubi constituta sunt, potissimum recipiendos, maxime contagiosis morbis implicitos. 4
- I**n monasteriis monialium uictu ac mensam communem esse oportere. 12 Medicantibus ualidis hospitalia clausa, & mendicitatem inter dictam esse oportere. 5
- D**e Præpositis solitarie commorantibus. 13 Magistrorum hospitalium prauis affectus damnantur. 6
- V**isitandæ domus fratrum Theuthonicorum, diui Lohan. Bapt. & Antonitarum. 14 quam grauiter peccant, qui ex pauperum uictu se ditant. 7
- D**e uita & conuersatione monachorum. 15 Folio. L X V I I .
- M**onachorū studia atq; exercitaciones quales eē oporteat. 16 **D**E scholis, typographis, ac bibliopolis, Cap. I
- M**onachos uagos sub custodiā gandæ, ac instituendæ. 2 Scholæ inter uisitandum repur-

CONCILII PROVIN. COLONIEN.

Apud singulas ecclesias habent Non passim contra omnes delato-
dus vir eruditus, qui clericos eos per Fiscales inquirendū. 7
eius ecclesię instituat. 3 Manifesti criminosi pro quæstionis
qui huic viro uictum suppeditare ne quaquam ferendi. 8
bunt. 4 Clerici gravissimorum criminū

Quemadmodum Academiæ in rei, secundum canonicas sans-
tuarari ac studia ali possint. 5 Elitiones puniendi. 9

Pium uotum ad studia subleuan De testamentis insinuandis, ap-
da. 6 probandis ac exequendis. 10

Decretalem Honorii tertii, quo Bona presbyteri ab interstato de
ad eius fieri potest, renouari functi, in piam causam conuer-
equum esse. 7 tenda. 11

quid curādum in Academiis. 8 Portio quæ Archiepiscopo soluic-

Nihil imprimendum aut uenden tur, minime grauis. 12
dum, nisi reuifum prius. 9 Iuramentorum facilis exactio in

Folio. L X I X . iudiciis refrenanda. 13

D E iurisdictione ecclesiastici Formula inquirēdi hæreticos de-
ca contentiosa. Cap. I linianda. 14

Excommunicationis origo et præ Folio. L X X I I .
cipius usus. 2

Quir passim in omnes inobediē D E uisitatione ac synodis
tes excommunicationis censura diaconalibusq;. Cap. I
distringi cœperit. 3 Quo ordine uisitatio instituenda.
Vsum excommunicationis in pu da. 2

blice criminosos in lucem reuo que ubiq; corrigere oporteat. 3
candum. 4 In primis reformandos esse Des-

quid cauendum in decernenda canos. 4
excommunicationis censura. 5 Inquietos, et prælatis rebelles,
Excommunicatos uitandos. 6 corripiendos. 5

I N D E X C A P I T V M.

<i>In monasteriis quomodo abusus resecanda.</i>	15.
<i>percipiendis.</i>	6 <i>De officio parochi inquirendum.</i>
<i>In uisitatione Parochiarū quid agendum.</i>	16
<i>Habenda concio per Visitatores.</i>	7 <i>Synodus episcopalis anno bis bendaria.</i>
	17
	8 <i>Quid agendum in synodo episcopalii.</i>
<i>Interrogandus Parochus, quo titulo ministerium gerat.</i>	18 <i>9 De synodis Archidiaconalibus</i>
<i>De uita, moribus, & doctrina inquirendus.</i>	19 <i>ac ruralibus.</i>
<i>De habitu, tōsura, ac reliquis externis uidendum.</i>	10 <i>Officiales archidiaconorum, & decanos rurales, viros graues esse oportere.</i>
<i>Num hæresis quæpiam serpat, diligenter inuestigandum.</i>	20 <i>12 Synodi archidiaconales antiquitatem quandā pre se ferūt.</i>
<i>Num agantur alia, quæ cum dei & ecclesiæ institutis pugnant, difficiendum.</i>	21 <i>Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium observatione.</i>
<i>De puerorum institutione, & hospitaliū cura querendum.</i>	22 <i>13 Inter uisitandum abusus corrigendi.</i>
<i>Vitia quibus assueuerint Parochiani, acriter corrigenda ac</i>	23 <i>Procurationem suo officio recte fungētibus pēdi, & quū esse.</i>
	24

F I N I S.

DE MVNERE EPISCOPALI.

OFFICIVM EPISCOPI POST
verbi prædicationem consiliit potissimum
in impositione manum, et visitatione
ecclesiarum.



PISCOPI Munus in duobus potissimum consiliit. Primum in impositione manum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Deinde in visitatione dioceſeos. Vtrung⁹ beatissimus Apostolus ad Titum, dilectum filium, Cretæ Episcopum scribens, complectitur. Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Cretæ, ut ea quæ defunt corrigas, et constitutas per ciuitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Alterum vero idem Apostolus, cum a Mileto discessum maturaret profecturus Hierosolymam, ac certus quod amplius haud visurus esset faciem eorum omnium, per quos transiuit, prædicans regnum Dei, vocatis illo ad se ab Epheso, ecclesiæ presbyteris apostolica vehementia inculcat, cum ait: Attendite vobis, et uniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisuit sanguine suo. Et quoniam scio, inquit, q̄ intrabunt post discessionem meam

Titum. 1

Apol. 20

CONCILIVM PROVIN. COLON.

lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, et ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se, propterea vigilate. Cui muneki, ut ambo illa apostoli ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus, ac illius collega Paulus, satisfacerent, alter transiuit et inuisit viueros, alter perambulauit Syriam et Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum et seniorum, nimirum non tantum verbo, sed et exemplo, Episcopos commonentes, ut qui speculatores in Dei ecclesia constituti sunt ac appellantur, prouinciae sibi mandatae, vigilantissime intendant, fidem, conuersationem, mores et vitam singulorum explorent, examinentque, ac prouideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam a deo vocatus est, torpescat.

De impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio ac institutio ministeriorum. Cap. I.



Mpositio manuum est ostium, per quod intrant qui ecclesiarum gubernaculis admouentur. Proinde quia eiusmodi ostium diligenter custoditum non est, fastidum est, ut tanta mala quæ sentimus agminatim in ecclesiam Dei irruperint. Huius ianuae uigilantisissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, et quotquot ipsis successerunt, apostolici episcopi. In primis vero diuinissimus Paulus, qui dilectissimis discipulis Timotheo ac Tito, eiusmodi custodiæ formulam, ex professo præscribit. Porro apostoli, cum esset in locum Iudæ proditoris deligidens duodecimus collega, statuerunt duos ex his viris (qui cum ipsis congregati fuerunt in omni tempore quo

intravit et exit inter eos dominus Iesus) probatissimos, electionem alterutrius domino committentes, Ad hæc cum essent diligendi primi illi ecclesiæ diaconi, Apostoli conuocata discipulorum multitudine, dixerunt: Considerate fratres ex vobis viros boni testimonii, plenos spiritu sancto ac sapientia, quos constituamus super hoc opus, atque illi (cum placuissest hic sermo) coram omni multitudine elegerunt Stephanum, virum plenum fidei et spiritu sancto, ac reliquos sex quos statuerunt ante conspectum apostolorum, qui dein non temere, sed orantes, illis imposuerunt manus. Denique de Barnaba, per apostolos ad Antiochiam destinato refert scriptura: Quoniam apostoli miserunt Barnabam, quod esset vir bonus et plenus spiritu sancto ac fidei. Quibus exemplis edocemur, quanta cura ac delectu, manus impositionem fieri oporteat. Beatus apostolus inter alia Timotheum sic allocutus: Commenda, inquit, quæ audisti per me per multis testes fidelibus, qui et idonei erunt alios docere. Et iterum: Manus nemini cito imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. A qua regula cum longe lateque discessum sit, affectibus priuatis sibi omnia vendicantibus, morbus obortus est plurimus, atque ita radicatus, ut uix scilicet medendi recta sit. Neque tamen in mediis et exulcerati simis morbis de remedio desperandum erit, sed tanto magis de pharaco idoneo cogitandum prouidendumque.

Acto. 11

2. Timo. 2
1. Timo. 5

Ad certum titulum ecclesiæ ministros canonice designandos ordinandosque. Cap. II.

Quoniam uero primitiæ ecclesiæ facies, quod ad institutionem ministrorum attinet, paulatim immutata fuit: nimirum, dotatis scilicet, sacerdotiisque; ac certis sibi

Ex concili.
Lateran. sub
Alex. III. 1110

CONCILIVM PROVIN. COLON.

pendiis ministrantibus constitutis, visum subinde sanctis p^otribus non absq; multa ratione fuit, ne quisquam sine certo titulo (qui illi uictum necessarium suppeditaret) ad maiores, quos & sacros ordines vocamus, ordinaretur. Adhibita etiam non leui severitate in Episcopos, qui sezcus facere præsumpsissent. quæcum sic se habeant, reformationem ordiri hinc fuerit necesse. Videndum itaque in primis est, ut collationes ecclesiasticorum sacerdotiorum seu beneficiorum, ut electiones, præsentationes, & institutiones clericorum ac ministrorum, maxime eorum qui curæ præficiuntur animarum (quæ scientia scienciarum merito appellanda est) rite ac canonice fiant. Utq; maximi illi & teterimi abusus & uitia (quæ in diligendis personis ecclesiasticis, non vulgari cum detimento ecclesiæ sç penumero committuntur) quoad fieri potest, tolantur. quod tunc demum futurum est, cum repulsis ac submotis indignis, digni tantum ac idonei admittantur, qui & velint & possint officium (propter quod beneficium datur) gerere & explere. Scriptum est enim: qui non laborat, non manducet.

Manum memini cito imponendam. Cap. III.

Quamobrem omnibus, qui præficiendi ecclesiasticis munitionis ministros potestatem habent, illa (quam paulo ante retulimus) Paulina admonitio semper oculos uersabitur: Manus cito nemini imposueris neq; communicaueris peccatis alienis. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solēt, quos probitatis docume*ta* non adiuuant, quā diligens, & quā prudens habēda est

DE IMPOSITIONE MANVVM. 3

dispensatio diuinorum munerum & coelestium dignitatum :
Certe omnium excommunicatione percellebantur, qui eccle fiaſtīca beneficia contulissent indignis.

Ex concil.
Tolera.

Humani affectus & uenalitas in beneficiis eccle fiaſtīcīs, execrabilēs. Cap. IIII.

Nulla itaque consanguinitatis ratio, nulla propinquitas
nostris contemplatio, facere debet hoc, ut populi guber-
natio, aliii, quam meliori tradatur. Cessent omnes affectus
humani, qui sua, non quae Iesu Christi sunt, querut. Maxime
vero sacerdotioꝝ ac beneficiorꝝ venalitas execranda est :
quod qui sic præficiunt, ac præficiuntur inter ementes & uen-
detes columbas, (quos dominus flagello de funiculis facto e tem-
plo eiecit, ac mensas nummulariorum & cathedras veden-
tium columbas euertit) computentur. Si enim is dignus sa-
cerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum
copia suffragatur, restat, ut nihil sibi in ecclesiasticis honori-
bus gravitas nihil sibi defendat industria, sed totum aurum
prophanus amor obtineat. Et cum fides simul & uita in sa-
cerdotibus, & ministris eligenda sit, quae tandem uita, &
qua opera sacerdoti illius erunt, qui honores eanti sacra-
menti per præmium convincitur obtinere ?

Hier. in mis-
me.

Phil. 2
Matth. 21
Iohann. 2
Marc. 11
Luc. 19

Beneficia eccle fiaſtīca, priusquam vacent nemini
promittenda. Cap. V.

Cum olim conciliari constitutio uetitum sit, ne ulla
eccle fiaſtīca ministeria seu beneficia promittantur ali-
cui priusquam vacent. Tum ne quis mortem proximi, in cu-
ius locum & beneficium se crediderit, successurum, deside-
rare uideatur. Tum quod turpe sit, diuinique plenum animad-
uerſione iudicii, si locum in eccle fiaſtīca futura successionis

Ex concil.
Lace.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

expellatio habeat, quam ipsæ etiam seculares leges condemnare curarunt. Idq; vero quū nunc passim præter omnem personarum delectum, designatis etiam ex nomine beneficiis, in quæ stipulatores successuri sunt, pessimo exemplo fiat, tollendus abusus est. Idq; non aliter, quām secundū canonicam ordinationem ne quis sollicitus sit, non tam de officio, q̄ de beneficio viuentis.

Dignis tantū beneficia esse conferenda. Cap. VI.

Qui sacerdotia ecclesiastica pleno (vt aiunt) iure, potestatem conferendi habent, alium, factæ a seminariis impositionis, discussarem non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura est, idq; maxime in præficiendis parochiis; ne apostolici præcepti prævaricatores ac restringant. **Q**uis enim non intelligit, quām graui culpa se obstrinxerit is, qui in causa est, ut cæcus cæco ducatum præslet: nimis ambobus in foueam delabentibus. Despiciunt (inquit, Malachias propheta) nomen domini, qui cæcum, qui clausum, qui languidum animal, ad immolandum offerunt, et propterea grauiter a domino increpantur: **Q**uis vero cæcum animal offert, nisi qui indoctum in docti locum ordinat, magistrorumq; facit, qui vix discipulus esse poterat? Claudum vero, qui lucra terrena querentem, locat in dignitate, veluti pedem in diuersa ponentem? Cui potest inferri illud: **V**squequo claudicatis in duas partes: Languidum deniq; qui vitiosum pro religioso habet, quiq; tardum et pigrum probat patientem.

Ex cōcī genera. c. ne pro defectu de electiōe. Idoneos tantū in prælatos eligendos esse. Ca. VII.

Sacris canonibus saluberrime constitutum est, vt omnes Cathedrales ecclesiæ, collegia et conuentus ad

dignitates vacantes, ex sua congregazione idoneos eligant prelatos. Atque eos demum sacris administrationibus dignos esse existiment, quorum omnis aetas per disciplinas ecclesiasticas cucurisset. Iam ut primituæ ecclesiæ censura mitigationem recipiat discretionis, is saltem aliorum curæ proficiatur, cuius comparatione, grex ceteri merito dicantur. Quos modo enim fieri potest, ut non vilissimus reputetur, qui est honore præstantior, nisi quoque scientia et sanctitate præcelat? Atque utinam hic pensetur et nautis et nauigio defens rendis eandem imminere periclitandi necessitatem.

In eligendo, aetas, mores literatura et sacerdothio spectanda. Cap. VIII.

QUapropter electores solliciti sunt ut talem præficiant, qui officio credendo satisfacere possit, virum aetatis legitimè, moribus grauem, literarum scientia prædictam, atque in sacris ordinibus constitutum, Scientes ipsi in re tam graui, uel dolo, uel negligenter agentibus, non minorem quam malis illis pastoribus ac prælatis (quos ipsi præfecerunt) in districto dei iudicio imminere poenam. Neque enim impune peccatur in spiritum sanctum, qui in omni electione ut auctor inuocatur. Neque inultum permittet deus, si quis iureius deuotando, quod sub electionem præstat, frustra nomen domini usurpauerit. Ut omittamus penas canonicas, quæ perperam eligentes manent.

Electiorem sinceram esse oportere. Cap. IX.

Abusit ergo omnis symoniæ præuitas, omnis personarum respectus. Cessent potentiorum preces, quæ minis equiperantur, omnisque impressio, cesseret ambitio, ac dominandi libido. Ad hæc, procul absint omnes illicitæ obligationes,

Ex Concil.
Bajlen.
Hierony.
Symma. ad
Laurent. c.
Vilissimus.
1. q. 1

CONCIL. PROVIN. COLON.

que sub electionem, aut paulo post ab eligendo uel electo,
Hiero. 8. q.
1. c. licet.
et c.
Si ergo.
haud præter symonie labem extorquentur. Et procedat de
vultu dei opus ipsius, ut scilicet, qui præstantior est omni-
bus, qui doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminen-
tior, hic eligatur.

In confirmatione electionis, que expen-
denda. Cap. X.

Electione facta, Nos et cæteri qui confirmationis mu-
nus impendemus, officio nostro, deo uolente non deeri-
mus, discussuri scilicet diligenter, et formam electionis, et
electi merita, priusquam nostras imponamus manus.

Per patronos, idoneos præsentari oportere. Cap. XI.

Atronitum ecclesiastici, tum laici (quos hac de re dis-
tinguere admoneri curabimus) videbunt, ut idoneos
(quemadmodum ante diximus) Archidiaconis præsentent.
Compertum siquidem habemus, q̄ hic supra modum pecce-
tur. Sunt enim qui tantum filios ac consanguineos, seu aliter
ipsis addictos citra illum delectum, aut discrimin scientiæ
morum, ac statis, beneficiis ecclesiasticis admouent. Sunt qui
admotis nomen tantum relinquunt, censum autem atq; ec-
clesiasticos redditus, fibi ausu quodam sacrilego (nihil mi-
nus quam de ecclesiastico ministerio cogitantes) usurpant.
que omnia cum sanctorum patrum sanctionibus damnens-
tur, multorumq; malorum in ecclesia dei causa sint, post hac
non committi, sed sublata penitus esse, suamq; uim canonis-
cis regulis conflare ex animo cupimus.

Quid incumbat Archidiaconis. Cap. XII.

C. L. &c. 11.
ber. le off.
Archidiaconis.
A rhidiaconi nostri, ad quorum curam inter alia pers-
tinet, ut nostro nomine parochias ordinent, ac minis-

DE IMPOSITIONE MANVVM. 5

stros ecclesiæ ipfis presentatos ac oblatis inquirant. Sciente
sui muneris esse, negligentiam patronorum supplere.
Cum enim oculi nostri sint, dispiciunt, ne quis alioqui indis-
gnus; sub alicuius præsentationis pretextu irrepatur ac ad-
mittatur. Nec contenti quod post edicta ter publicata, nuf-
quam compareat, qui præsentationem oppugnet, eorū etiam
qui ipfis præsentantur, & ad insitūēdum offeruntur, uitam,
mores, & eruditionem accurate peruestigabūt, ac nisi com-
perti illi fuerint, muneri, cui præfici postulantur, pares fore
nefas putabunt stulte potentibus assentiri. Neq; existimabūt
id temporis, quod huic examini impendent, perdi: cum ne-
quaquam possit collocari melius. Maxime quod officiū eos
rum hoc ipsum ut fiat, magnopere requirat.

c. finali de
elect. in. o.

Aliquot abusus officialium inter uisitandum
corrigendi. Cap. XIII.

ET quoniam ad nos quorundam querela perlatum est,
nonnullos officiales Archidiaconorum nostrorum inue-
stiture nomine plus æquo interdum petere, quosdam etiam
institutionem ipsam potentibus, uel temere negare, uel sal-
tem in longum differre tempus, quantumlibet legitima sit
præsentatio & idoneus is, qui præsentatus est. Curæ itaq;
nobis erit, inter uisitandum, de his diligenter inquirere, &
quæ uitiosa comperientur, Archiepiscopali autoritate, cō-
municato tamen cum Archidiaconis nostris (ut par est) con-
filio, quo ad eius fieri poterit, corrigere.

Omnes qui de beneficiis disponunt, sui offi-
cii admonendi. Cap. XIII I.

R Eferre etiam non parum existimamus, omnes qui
de sacerdotiis seu beneficiis ecclesiasticis quamcunq;

CONCIL. PROVIN. COLON.

disponendi potestatem habent, speciatim ac diligenter admoneri, ut hisce synodaticis canonibus, per omnia obtemperent, nisi in eo ipso, in quo deliquerint, puniri uelint.

Moderatio patronos laicos respiciens. Cap. XV.

Attamen quod ad patronos laicos attinet, hanc censuram eatenus moderamur, vt si Archidiaconi nostri presentatos ab eis, q̄ inidonei sint, instituere recusent, liceat ipsis inutilium loco, alios iterum, intra tempus legitimum presentare, modo tamen dolus absit.

De officio vicariorum in pontificalibus. Cap. X V I.

Poste aquam de illorum officio diximus, qui sacerdotiis seu beneficiis rectores admouent ecclesiasticis ordinibus initiandos, restat ut de Vicariis nostris in pontificalibus, atq; huic muneri (in partem solitudinis nostrę vocati) potissimum delegati sunt, paucis dicamus. Nobis quidem uti cæteris omnibus pontificibus, in Aaronis persona loquetus est deus: Homo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Si cœcus fuerit, si claudus, si uel paruo uel grandi uel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem in corpore uel herniosus: Omnis enim qui habuerit maculam, non accedat offerre hostias domino, nec panes deo suo. Quid per allegoriam sermo diuinus significare voluerit, maximus ille cœlestium rerum peruestigator Paulus in epistolis, quas Timotheo ac Tito ambobus nascentis ecclesiæ episcopis inscripsit, grauiissime explicauit. quū enim mandasset, ut per ciuitates presbyteri cōstituerentur, statim subiecit, quales subfliti uellet et oporteret. Oportet (inquit) constituendum sine crimine esse,

Leuit.2.1

Ad Tit.2

sicut Dei dispensatorem, non superbum, nō iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudētem, sobrium, iusflum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidem sermonem, ut potens sit exhortari doctrina sacra, & eos qui contradicunt arguere. Diaconos similiter p^{ro}dicos, nō bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrū sectantes, habentes mysterium fidei in cōscientia pura. Et ut iterum nos officiū nostri cōmonefaceret, subiecit: Et hi probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.

1. Timo 3

Quid ipsis potissimum curandum fit. Cap. XVII.
IN cumbit itaq^b nobis, ut probemus primum eos qui ordinibus, maxime sacrī initiari desiderant. Curē ergo erit Vicariis nostris in pontificalibus, manus impositionem aūspicaturis, ne hic quid desit, ne ue ordines sacros aliter quā secundum regulam euangelicam impartiantur. Ut adiutores in hoc examinationis munere habeant, nō repugnamus, modo primae sollicitudinis partes, apud eos sint, nec quę ipsis ante omnia agenda erant, in alios penitus relegent, interim ipsi de omnibus incerti, per hæc tamen suffraganeis nostris nihil pr̄ciudicantes, quo minus ipsi, quemadmodum uidebis in opportum de huiusmodi examine faciendo, dissipiat. Ut uero summatim multa complectamur, dissident de ordinandorum, cōstate, uita, scientia & affectu.

De ætate ordinandorum. Cap. XVIII.

Olim Diaconus ante. xxv. Presbyter uero ante. xxx. ætatis annos, non ordinabantur. In Viennensi uero Concilio, sub Clemente quinto, ordines sacri minori etiam ætati concessi sunt: nempe subdiaconatus. xviii. dia-

Ex Concil.
Arelat. iii.

CONCILIUM PROVIN. COLON.

Ex Vienne
cōcī. cle. ges-
neralem de-
cēt. et. quā

conatus, XX. presbyteratus deniq̄. XXV. etatis annum na-
to. Num ad antiquos canones regredi referat, futurum Con-
cilium dispiciet. Nos interim admonemus, Vienense Conci-
lium, tum ex aliis canonibus, tum ex seipso interpretandum,
Nimirum ut cetas quidem illa sufficiat, modo tamen cetera
quoq; que canones, plus quam etatem respiciunt, haud de-
sint: nempe literarum scientia et morum grauitas.

Px eodē cō
ci. cle. eo. ti.
Ex Latere.

Testimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos fas-
cris, exhibendum. Cap. XIX.

De doctrina, vita, ac moribus Suffraganeus nos fieri tes-
timonium præceptorum, qui ipsos in literis inslitiue-
runt, docueruntq; eorum quoq; apud quos sacris initiandus
potiorem vitę partem transegit, ac diuersatus est, exigere
non omittet, ne manifeste criminosi irrepant, Idq; ad cers-
tam formulam, quam deliniari curabimus. Dum enim pris-
scam ecclesiam respicimus, summo desiderid tangimur, pris-
scos illos sanctissimos mores, non tantum uerbis, sed et re-
ipsa in ecclesiam, quod in nobis est, reducendi. Illa certe ves-
tuit, ne Episcopus sine testimonio clericorum et plebis, cle-
ricos ullos inslitiuat. Hinc ille interrogations solennes,
præambulæ, Sunt iusti: sunt rasti: atq; aliae similes. Neq; fru-
stra scriptum legimus; quod quāquā dominus de constituē-
do Iosue principe, præcepisset, eundemq; elegisset, nihil ofes-
cius tamen conuocari synagogam voluisse.

De eruditione ordinandorum inquirendum. Cap. XX.

De eruditione quoq; et scientia disparet, ne statim
a stiua ad ecclasiastica munia, configiatur. Per pro-
phetam dominus dixit: quoniam tu scientiam repulisti, et
ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Substantia

DE IMPOSITIONE MANVVM

7
siquidem sacerdotii, sunt eloquia divinitus tradita, uti Dionysius.
Ihesus ille magnus apposite dixit: Quae vero in parochis,
que in cæteris eruditio requirenda sit, post dicemus.

Videndum quo affectu ad ordines accedatur. Cap. XXI.

Quo deniq; affectu ac proposito accedant ordinandi, videndum, accurateq; investigandum est. Num videlicet dei causa tantum, an potius suæ cōmodis tatis gratia ad ordines capessendos aspirent, quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Quid enim est sua querere, & non quæ Christi, sunt, nisi cum tales non gratis deum diligunt, non deum propter deum querunt, temporalia comoda sequentes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus expetentes. Quisquis ergo talis est, non dei filius, nec ouili Christi idoneus pastor futurus, sed mercenarius est. Vbiq; deus hominis intentionem & mentem spectat, quam Christus in Euangeliō lucernam corporis atq; oculum uocat. Qui si simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Sin autē fuerit nequā, totum corpus tenebrosum erit. Quare si lumen (quod in initiando est) tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantæ erunt: quanto temporis spatio, ante maiorum ordinū receptionem, initiandi se præsentare debeant. Item, & quid initiandi tum secum allaturi sint. Cap. XXII.

VT autem hic animus Vicarii nostris in pontificalibus eo explorator sit (neq; enim qualicunque assertioni statim tuto creditur) operæ pretium existimamus, ut qui ad sacros (quos vocamus maiores) ordines capessendos aspirant, quatuor temporibus, ut vocant, quæ tempus imperationis eiusmodi ordinum proxime præcedunt, Vicariis nostris in pontificilibus se se representent, qui eos (quemad-

Phil. 2.

Aug. 8. q. 1
c. Sūt in eccl
cia.

Matth. 6.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

modum diximus) rogabunt, quid eos hoc permoueat, an exspectarent, quid in hac vocatioe praeflare oporteat, an huic vocationi se sentiant posse respondere. Et sferent se adiustore Deo continere posse ac velle. Item, an affectu carnis hoc ducantur, ut videlicet in otio et suauiter viuant, opes ne et honores parent. Admoneantur quoq; vt bene seipso explorent, excutiantq;, ne quū ad capiendos ordines resuersi fuerint, spiritum sanctum fraudent?

EO ipso etiam tempore ordinādi, testimonium uitæ ac conuersationis secum afferent ut Vicarii nostri in pontificalibus, cum ex respōstone, tum vita præcedēte colligere possint, an admittēdi videantur. Et nū referat diligētius de vite testimonio, ante appetēs ordinationis tēpus inquirere, quale testimonium afferendum. Cap. XXIII.

QVi ciuitatem aut oppidum senatus, qui vero pagum aut vicum incolit, iudicij eius loci literas sigillatas que gratis dabuntur, secum feret. Quæ ne cuiquam vel per inuidentiam, vel alieni minus sincerum affectum denegentur, prohibemus. Alioqui adferens, documentum factæ requisitionis et denegati testimonij nec tamen incusatius criminis vel defectus ac idoneus per Vicarios nostros in pontificalibus repertus, nihil secius admittetur. Qui vero non in oppidis aut pagis, in quibus titulum nocti ac missiraturi sunt, sed in longinqua regione moram traxerunt, hi canonicis satisfaciant institutis.

Die Mercurii proxima ante susceptionem ordinum, examinādi, qui initientur sacris. Ca. XXIII.

ET ut hæc omnia eo accuratius obseruentur, misum nobis est, ut ordinandi maxime ad sacerdotii gradum

(quod die sabbatino ex more ecclesiastico fieri solet) die Mercurii proxime præcedente ad nostras ciuitates, ubi Vicarii nostri in pontificalibus ordines ipsos sacros impariet, se se conferant, quo duobus deinceps sequentibus diebus, uides licet Louis & Veneris, quos eiusmodi disquisitioni peras gendæ deputamus, Vicariis nostris, ipsisq; nostra autoritate in eo munere adiungendis, Theologis se representent, examinationiq; eorum submittant.

Neminem ab examinatione immunem esse
opertore. Cap. XXV.

AQua quidem neminem excipimus, et si magisterii titulum prætexat, nisi quem publicum sit, et vitam integrum egisse, et ea que ordo impertiendus requirit, facile callere. quamobrem nedum Clerici (qui seculares appellantur) sed et religiosi cuiuslibet etiam professionis fuerint, banc censuram experientur.

Cuius admonendi sint pridie ordinationis die, iniciandi sacris. Cap. XXVI.

PRidie ordinationis die, admonebit Vicarius noster in pontificalibus omnes iterum, quo se quisq; discutiat, ne officio se alliget, cui non possit satisfacere, Neue mentitur spiritui sancto, aut impoenitenti corde accurrat, sed ore confessus, ac spiritu contritus, humiliatusq; post perceptam sacrosanctam Eucharistiam, Deo totus deditus accedat.

In minoribus ordinibus conferendis, que cura adhibenda. Cap. XXVII.

QVanquam qui minores vocantur ordines tam exactam curam non requirant, suo tamen modo, pro gradu et excellentia ordinis, omnium eorum que

CONCILIVM PROVIN.COLON.

diximus ratio habenda est . Quid enim indecorum magis, quam admoueri infantes, qui non intelligent, quid agatur, imo ne capiant quidem, quid Clerici nomen, & reliqua minorum ordinum uocabula significant. quid turpius, q̄ quod penitus Analphabeti ac interdum flagitiosi (qui ut legum ciuilium censuras ac poenas eludant, se se impudentissime ingerunt) in maximam ecclesiastici ordinis ignominiam, sc̄ris initiat̄ur. Qua de re nemo post hac ordinibus hisce insigniendus est, nisi quem & vita commendet, & literaturæ, etatisq; sit pro ratione suscipiendi ordinis sufficientis ac re Etæ synceræ & uoluntatis . qui enim in clerum alleguntur, rem profitentur minime ridiculam, nempe se peculiariter in sortem domini ascitos, quibus post hac omnia terrena sordeant, ac solus dominus sors ac pars hæreditatis futurus fit. Cuius quoq; (priusquam ordinentur) diligenter admoneri debent.

Hiero.ad Nepo.
Ab initiandis nihil exigendum. Cap. XXVIII.

VT autem ecclesiastici ordines, summa synceritate, omni quæstus suspitione, omnibz mali specie q̄ longissime submota, conferantur, nolumus vt ab initiatis quicquam, uel sigilli nomine a vicariis nostris in pontificalibus exigatur, sed tantum scribis earum literarum (que forma ta appellantur) vñus albus soluatur. Nam eos sumptus, quos antehac vicarius noster in diocesi Colonensi choraliū causa facere consueuit, nos deinceps pendemus. Non dubitamus interm Suffraganeos nostros suis Vicariis in pontificalibus ita prouisuros, ne quis iustam querendi causam inueniat.

Literæ dimissoriæ nulli temere concedendæ. Co.X X I X.

DE IMPOSITIONE MANVVM.

Prohibemus quoq; ne Officiales nostri litteras dimissoriæ, quæ vulgo licentia toria ordinâdi uocâtur, alicui temere concedant. Illorum enim prætextu, qui suæ ruditas, & inscrutiae sibi consciæ sunt, nostrorum Vicariorum in pontificis libis disquisitionem subterfugiunt, ac aliò demigrant, vbi nullus canonice traditionis respectus habetur.

Tituli ordinandorū diligēter discutiendi. Ca. xxx.

Tituli quoq; ordinandorum discutiantur. Pleriq; enim inuenti sunt, qui fictis, & emendicatis titulis ad sacerdoti dignitatem euelli, eandem turpiter profiliuere postea coacti sunt, vendibiles quandocunq; dolosi spes refulerit nummi. quorum numerum (quod nihil ferè aliud quam numerus fiat) imminui plurimum referret. Inter hos siquidem est, qui in plateis mendicat infelix clericus, & servili operi mancipatus, publicam depositit eleemosynam, qui eo magis à cunctis despicitur, & miser ac desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Inter hos est qui in diuitium ac nobilium domibus scurram aut mimum, aut mortionem agit, quem ab officio retrahendum Carthaginense Concilium decernit.

Peregrini Clerici quomodo admittendi. Ca. xxxi.

Peregrini Clerici Romæ aut alibi ordinati, priusquam de ordinatione sua rite adepia, deq; vita, moribus, eruditione ac titulo fidem fecerint ac commendationis suorum Episcoporum, suæq; ordinationis litteras exhibuerint, repellantur. Quanta enim per hos (qui euangelici licentia abutuntur) scandalum animarumq; pericula, & in clero & in populo frequenter eueniant, nemo est qui non videat.

Hierom. ad
Rusti. c. dia
co. 93. dist.

Ex Agath. c. 2 s. a cle.
peregr. eoto
titulo.

61, 62, 63
distin.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Odiosa beneficiorum pluralitas in una eademq;
persona. Cap. xxxii.

Odiosa semper apud veteres fuit plurium sacerdos-
tiorum ambitiosa cupiditas, neq; semel generalibus
Ex Calced. Conciliis damnata. In Calcedonensi enim inter alia cautus
est, clericum in duabus ecclesiis conscribi non oportere, q
difficile uideatur, ut unus vicem duorum sustineat, ex ab-
surdum, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Id
Ex Toleta. vero in primis noxium est, ubi plures parochiae seu digni-
c.vnio. 10 tates, vni præbytero committuntur, quod solus per omnes
4.3 ecclesiias, nec officium persoluere, nec rebus earum necessaria-
riam curam impendere valeat. quare tam eos qui de sacer-
dotiis eiusmodi disponendi potestatem habent, quam que
ea cœca cupiditate ducti ambiunt, commonitos uolumus ut
suos affectus canonice institutis submittant. qui vero dispe-
satione apostolica aduersus hæc se tueri uelint, hi uiderint;

Ex concil. ut causam dispensationis obtētæ, deo cōprobent. Neq; enim
ghali.c.de multa.de p.
ben. & dig. sublimes atq; admodum literatas personas suo priuilegio
nudamus, modo illo recte ex secundum deum utantur.

Dispensationes inspiciendæ ut occurratur
abusibus. Cap. xxxiii.

Quam imprudenter pleriq; diplomatis ac dispensa-
tionibus apud sedem apostolicam extortis, præter
summi pontificis mentem (qui ex uult ex debet potestate
sibi concessa non ad destructionem, sed ad ædificationem
vii) abutantur nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit
quidam vir pius) dispensare sed dissipare. Dispensatio quidē
credita est, sed hic iam queritur inter dispensatores, vt si
delis quis inueniatur. quanquam apud illos maxima culpa

DE IMPOSITIONE MAN VVM. 10

pars residueat, qui vel nulla vel minus legitima uel etiam ficta causa, supplicatoriis precibus inserta dispensationis testorum tandem eiiciunt, quos apud Deum (qui renes et corda scrutatur, omnemque hypocrisim ac fraudem execratur) securos quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem iam citauimus) de dispensatione apostolica blasphematur, cuius conscientia divina sententia tenet alligata. Sed quia pauci sunt, in quorum conspectu est Deus, plerique vero, qui sacra auctoritate pro sua libidine passim abutuntur, sit ut Lugdunensis Concilii sub Gregorio decimo celebrati, non insalubre decretum aduersas insolentiā eiusmodi hominum in usum reuocare cogamur. Quo subnixi, cunctis, qui talibus diplomatis sibi blasphematur necessitatē imponemus, literas suas nobis exhibeđi. visuris, non rite impetraverint, ac recte impetratis. vtantur. Et ut quemadmodum robusti sunt dispensationes istae, curabimus. tamen, ut menti canonis, ac summi pontificis satisfiat: uidez licet, ne animarum cura in his ecclesiis personatibus, seu dignitatibus (quas sub hoc praetextu occupant) negligatur. Nec beneficia ipsa debitum obsequiis defraudentur.

Benedic.

1. Corint. 4

psal. 7
Ber. ad Rus
pert. cognac.

Ex cōcili. lug
duc. Ordinarii de of
fic. ordin. li. 6

In resignationibus. ac permutationibus beneficiorum
quae cura adhibenda. Cap. xxxivii.

Postremo, quoniam nobis haud clam fit, in resignationibus permutationibusque beneficiorum multa ancipitia per iuria committi ab his, qui frequenter subito ac non praemeditati, aut ipsi, aut per suos procuratores (id quod eiusdem regatus ac culpae est) iureirando, ante manus impositionem testantur. In huiusmodi resignationibus seu permutationibus nullam symoniæ labem, aut aliam illicitam interuenisse corruptelam, cum res crebro longe secus habeat, per

CONCILIVM PROVIN. COLON.
quod illi grauem in se Dei iram proculdutio prouocare.
Maiori ergo cura diligentiori, q̄ antehac fieri consueuit,
peruefligatione prævia hæc iuramenta recipi conuenit.

Clemens.

Præstat paucos eē bonos q̄ multos īutiles sacerdotes. C. 3 S.

ET ut cum diuo Clemente hoc caput concludamus. Me
lius est episcopo paucos habere sacerdotes, ac ecclesiæ
ministros, qui possint digne opus dei exercere, q̄ multos ins-
utiles, qui onus graue ordinatori adducant.

De uisitatione ultimo loco dicendum. Ca. xxxvi.

DE uisitatione (quæ est altera muneris nostri episcopæ
lis pars) hic dicendi locus non fuerit importunus. Ex-
pedientius tamen erit, hanc partem in ultimam harum sy-
nodalium institutionum classem reūcere, quod illic tracte-
tur commodius maioriq; cum fructu, nimirum traditis iam
atq; expositis regulis ad quas oporteat ueluti ad amissim
quandam uisitationem redigere, ordiri atq; peragere.

DE OFFICIO PRIVATO AC PVBLI-
co vitaq; ac moribus Clericorum ge-
neratim. Cap. I.

Hierom. ad
Nepo.



VI exalte volet cognoscere clericos-
rum officium et uitam, is diuum Hie-
ronymum ad Nepotianum, ac cæteros
patres non minus eruditione q̄ vitæ
sanctimonia claros (qui de hac re ex
professo iustis uoluminibus scripserunt) perlegat. Sat nobis
in præsentiarum erit, carptim quedam delibare, ex quibus
Clerici nostri summatim deprehendat, q̄ longe lateq; a re-

DE OFFI. AC VITA CLERICICO. II

et semita declinauerint, subindeq; errores ipsi, tā pericu losae digressionis cōmoniti: pedem in viā mandatorū domi ni referāt. quod ab illis pietissimus simul ac iuslissimus deus, quum uerbo hactenus adhortās, parū profecerit, innumeris plagis iuslissime immissis commonens, manifesto requirit.

12Cor. 11

Vnde clerici appellatio deriuata. Cap. ii.

Hierony. ad Nepotia.

Neminem fugit vnde clerici appellatio deriuata sit: nempe a cleris, quod sorte sonat. Propterea enim (si diu Hieronymo credimus) Clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt, uel quia ipse dominus sors, id est pars eorum est. quia ergo uel ipsi pars domini sunt, uel dominum partem habēt, tales se exhibere debent, ut et ipsi possideant dominum, et possideantur à domino. Quo cum propheta confidenter dicant: Dominus pars hæreditatis meæ. Non quidem q; à sorte domini laicos secludamus, (omnes enim qui Christo per baptismum et fidem concor pati sumus, populus acquisitionis eius sumus, de quo Prophetæ dixit: Pars autem domini populus eius, iacob filius hæreditatis eius) sed quod Clerici peculiari quadam ratione ministerio Dei et ecclesiæ dedicati sunt, Omnis quidem multitudo sanctorum erat, attamen dominus tribum Leviticam suo ministerio peculiariter deligit, quam in terra israel præter primitias, decimas, partesq; immolatorum, ac reliqua quæ ipsis peculiariter lex dedicauit, nihil proprium possidere, nec habere partem inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hæretas eius, quam in hoc elegit ex omnibus tribubus, ut stet et minister nomini eius.

Numer. 18
Deut. 18

Habet Euangelium suam Magdalenam, habet et Mars Luc. 10
Iacob, et secrenū quosdam Christus, quos dedit Apostolos, 1.Cor. 12
Ephe. 4

CONCIL. PROVIN. COLON.

quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores & doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Breuer ter à condito orbe, & ab ecclesiæ, quæ in Adam caput, cre pundiis, semper videntur ex hominibus effusæ quidam, constituti pro hominibus, in his quæ sunt ad deum. Semperq; visum est genus humanum a duobus ministris dei optime regi, quæ sunt sacerdotalis authoritas, & regia potestas, quibus, quandiu inter se conuenit, bene actum est de republ. dei: quum secus, omnia in diuersum repente mutata sunt. Ponit ob oculos sermo diuinus pleraq; exæpla huc spectantia, perpetuo memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum nostri temporis exempla non minus insignia, non in aures tantum, sed in oculos ipsos influat: quæ nimis abunde docent, quantum malorum in ecclesiam dei inuexerit, sacra prophanis miscuisse.

Clericum suo officio intentum esse oportere. Cap. iii.

1. Timo. 5

OMnis mali seminarium cupiditas semper fuit. Nam dum nemo suum peragit officium, alienis semper intentus: nempe clericus quæ laici, laicus clerici quæ sunt (ut deteriora fileamus) usurpat, fit, ut ecclesiæ harmonia diuisius constare non possit. Obtestatur Paulus Apostolus Timotheū, quin potius contestatur simul omnes quotquot erat Timotheo successuri: Tu (inquietus) uigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.

Duplex Clericorum ministerium. Cap. iv.

CLericis, & in primis ecclesiæ presbyteris duplex ministerium, diuinis & humanis legibus est iniunctum. Alterum, ut in commissum sibi populum deum propitium

babere, cunctis rationibus emitantur, quod non tantum sacri
ficium solennibus efficitur, sed etiam precibus, quæ a pio cor-
de proficiuntur, teste Iacobo, qui nos ad precandum cohore
tans: Orate (inquit) pro iuicem ut saluemini. Multū enim
valet deprecatione iusti assidua. Omnibus quidem dictum est:
Petite, & accipietis. His uero, ut semper petant, nec pro se-
metipsis tantum, sed & pro tota ecclesia dei, ut uincat po-
pulus, qui sub ipsis est, hostes illos inuisibiles impugnantes
eos qui volunt pie uiuere in Christo, ut sicut Moses, le
uatis semper interioribus animi manibus in eolum, in con-
fractione in consuetum domini ad auertendum iram eius;
ne disperdat populum suum assidue precantem, deinde ut
offerat dona ac sacrificia pro peccatis, quemadmodum scri-
ptum est: Quoniam sancti erunt deo suo, & non polluent
nomen eius. Incensum enim domini & panes dei sui offe-
rent, & ideo sancti erunt, Alterum, ut sint religionis magis-
tri, proindeq; ut in lege domini meditentur die ac nocte,
ut iudicia domini vera, iustificata in semetipsa, desiderabili-
sima super aurum & lapidem pretiosum multum, dulciora
super mel & fauum, totis praecordiis amplectantur, exquisi-
rant, scrutenturq; Idq; non propria præsumptione aut hu-
mano sensu, sed spiritu sancto dictante, qui abscondit haec a
sapientibus & prudentibus in oculis suis, & reuelat ea par-
vulis. Vnde scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt scien-
tiam & legem exquirunt ex ore eius, quia angelus dominus
exercitu est, qui in hoc secundo munere præstat, gregi Chri-
sti pascendo admonendi sunt, de quibus suo loco dicemus.

Biblia à Clericorum manibus nunquam depo-
nenda.

Cap. v.

b iiii

CONCIL. PROVIN. COLON.

Hic satis est admonuisse omnes pariter ecclesiasticis
muniis consecratos, ipsos precibus supplicationibusq;
publicis deo persoluendis mancipari. quas ut non tantū ore
murmurent, sed ex corde persoluant, nunquam à manibus
eorum liber legis, hoc est Biblia, deponatur. Nam ut quae les-
gunt & canunt, discant intelligere, tota uita uix suffecerit,
si tamen quid est in literis sacris, quod toto humarum ins-
tellectus assequi possit, aliis subinde diuitiarum fonticulis ex
eodem fonte semper scatentibus.

De horariis, precibus in dies perlegendis, & refre-
mandis Breuiariis. Cap. vi.

Veteris ergo instituti, quo sanctum est, ut Clerici sa-
cris iniciati, uel sacerdotiis præsidentes, singulis die-
bus perlegant horarias preces, quas canonicas appellamus,
causæ multæ, & potissimum eæ, quas iam cōmemorauimus
videri solent. Hic multo iam ex tempore, pio (ut s̄ se est) ani-
mo desiderauimus repurgari Breuiaria. Nam cum olim à
sanctissimis patribus institutum sit, ut sole scripturæ sacræ in
ecclesia recitarentur, nescimus qua incuria acciderit, ut in
earum locum successerint alia, cum his neutiquam comparā-
da. Atq; interim historiæ sanctorum tam incultæ ac tam ne-
gligenti iudicio conscriptæ, ut nec autoritatem habere vis-
deantur nec gravitatē. Deo itaq; authore, dēq; confilio Ca-
pituli nostri, ac Theologorum, aliorumq; piorum virorum,
reformationem Breuiariorum meditabimur.

Pro cuiuslibet affectu non facile nouandum quid in
ecclesiastico officio. Cap. vii.

Sunt in clero zelum quidem dei habentes, sed non se-
cundum scientiam, qui priuatis quibusdam affectibus

ducti, uel testamento, uel (ut vocant) fundationibus efficiuntur,
ut noua festa, praeter ecclesiæ autoritatem, solenniter subin
de celebretur. Quo interim fit, ut preces horariæ, ac reliqua
publice recepta pro affectu cuiuslibet facile nouentur, id
quod nobis non satis probatur. Neq; enim errarunt patres,
a quorum institutis in dicendis precibus utinam tam longe
discessum non fuisset. quod si hic singulorum affectibus ins
dulgebitur, tandem antiquus ritus penitus evanescet.

Quo affectu horarias preces persoluere
oporteat. Cap. viii.

Non sufficerit autem preces istas horarias utcunque permurmurasse, sed ut conciliari constitutione causum est, presbyter ex intimo affectu, eleuataq; mente in solum deum, nocturnum hoc, diurnumq; suę seruitutis pensum exoluat. Maledictus enim qui facit opus domini negligenter. Alioqui in precantes cōpetet, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. quam maxime uero orātem cauere oportebit, ne aliò respiciat q; ad deum. quod si externæ glorię alicupande aut lucrī gratia, deniq; potius ex more q; mente orare insituat, pars eius inter hypocritas reputabitur, de quibus dominus in Euangelio pronuntiavit, q; ament, in synagogis & in angulis platearum stantes orate, ut uideantur ab hominibus, proindeq; mercedem suam rreperint. Et alibi ipsis interminans: Vt (inquit) uobis scribitur & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos uiduarum, oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibi quidem dominus ait, Oportere semper orare, ac nunquam desicere, sed alia prorsus ratione q; precabantur pharisæi: nempe, secundum diuini Pauli sententiā, qui diuini

Ex concil.
Agat, cum
presbyter.
Ex eodem
conci. genes
ral. c. dolen
t r. d. cele
missa.
Hier. 48
Esa. 2,9

Mattb. 6

Mattb. 23

Luc. 18

1. Cor. 14

CONCILIVM PROVIN. COLON.

numinis clementiam sibi conciliare uolat orando, oculis ins
terioribus in coelum semper intetus, orabit spiritu, orabit pa
riter et mente, psallit spiritu, psallit et mente, quemadmo
dum de Anna Samuelis matre legimus, q multiplicans pres
ces, coram domino loquebatur in corde suo, tantumq; labia
illius mouebantur, et uox penitus non audiebatur. Effudit
enim animam suam in conspectum dñi. Deniq; curandum
est, ut paenitenti animo ac corde contrito, humiliatoq; graci
tiae deo dicatur, ac psallatur. Ut n. diuinus Psaltes ait: Pecca
tori dixit deus, quare tu enarras iusticias meas: et ea que se
quuntur. Utq; oculi inter oradu ab omni uanitate auertatur.

Summa deuotione missae sacrum cele
brari oportere. Cap. ix.

IAm si tanto metis ardore quelibet preces dicendae sunt,
quanta putamus deuotione sacrosanctum missae ministrie
rium, in quo corporis et sanguinis dominici sacramenta tra
ctantur, conficiunturq; peragendum est: Certe grauiter do
lemus atq; animo inhorrescimus, ubi uidemus passim tantis
mysteriis indignos ac conductitios illos ac indignos sacerdo
tes, publicis etiam ac manifestis criminibus contaminatos,
se se (idq; irreuerenter et interdum magis lucelli ac filipis,
q dei causa) sacris ingerere, quorum instat interitus, et per
ditio non dormitat. Probet (inquit Paulus) seipsum homo,
et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim man
ducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, no
diudicans corpus domini. Atq; ideo (ut subdit) inter uos
multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi. Nam si nos ips
os dijudicaremus, non utiq; iudicaremur.

Arguitur qui polluta mente ad altare dñi accedunt. Cap. x.

Terret, nec immerito, nos sermo dominicus, qui vetat, nos sacerdos
sanctum dare canibus, et margaritas nos sicas
proiicere ante porcos, quum quosdam leuiculos sacerdotes
illotis manibus pedibusque (ut in proverbio est) audacius in
haec sacratissima mysteria, que in prophana irrumpere coper-
rimus. Quales sunt, qui humano affectu tantum, et potius
ex more quam deuotionis ardore ad altare accedunt, quo-
rum polluta est et mens et conscientia, quos merito horren-
dum Euangelii exemplum (quod Ioannis. xiii. legimus, in haec
verba: Et postquam accepisset bucellam, introiuit in eum Sa-
tan, et cetera que sequuntur) ad meliorem vitae frugem,
altioremque tanti mysterii contemplationem reuocaret.
Iohann. 13

Reuidenda Missalia ac Breuiaria. Cap. xi.

Peculiaria Missarum argumenta recens praeter veteris
institutionem inuenta etiam patribus dispuicue-
runt, quod tantum mysterium pro affectu cuiuslibet tracta-
ri non debeat. Prosa indocetas nuperius Missalibus cœco quo-
dam iudicio inuectas prætermittere per nos liceret. Vide-
bimur ergo operæ pretium facturi, si Missalia perinde atque
Breuiaria peruideri curemus, ut amputatis tantum super-
fluis et quæ superfliosius inuecta videri possint, ea tan-
tum quæ dignitati ecclesie et priscis institutis consentanea
fuerint, relinquantur.

quæ omitti aut decurtari, vel organorum vel canto-
rum concentu haud debeant. Cap. xii.

IAm et illud non recte fit in quibusdam ecclesiis, ut ob-
cantorum et organorum concentum, omittantur aut des-
curtentur ea quæ sunt præcipua. Cuius generis sunt recita-
tio verborum propheticorum, aut apostolicorum, quam epislo-

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Iam vocamus, symbolum fidei, prefatio, quæ & gratiarum actio, atq; precatio dominica. Quamobrem hæc tota distinctissime ac intelligibiliter, vti cetera omnia (si tamen leuis decurandi causa subfit) decententur. Sit quoque cantus quo presbytero respondetur, æqualis, nec præcipitatus.

quemadmodum Missa legenda. Cap. xiii.

Qui legit missam, cum reverenda modestia, clare, distincte, & exerte legat omnia usque ad canonem, ut qui audiendi sacri causa aspergit, quod legitur, intelligat, atque ad pietatem excitetur.

Quid post elevationem Eucharistie agens
dum. Cap. xiii.

Post elevationem consecrati corporis ac sanguinis dominici in nonnullis templis canunt Antiphonas, pro pace, aut contra peccatum & mortalitatem, cum posteriorum videretur silendum & ab omni populo mortis dominicæ commemoratione habenda, prostratisque humi corporibus, animis in cœlum erectis, gratiae agendæ Christo redemptori, qui nos sanguine suo lauit, morteque redemit. Cantiones vero illæ contra mortalitatem seu cladem aut pro pace, satius post finitam Missam canantur. quæ ut ad deum dirigantur, excerptæ ex canonica scriptura plus placuerint, quales sunt Antiphonæ, Media vita, ac, Da pacem domine, & similes, Sic tamen, ut illis etiam quæ gloriose virginis matri dicatae sunt, suus honor ac locus seruetur.

Organorum melodia quemadmodum temperanda. Cap. xv.

Organorum melodia in templis sic adhibebitur, ne lasciviam magis, quam devotionem excitet, neve

DE OFFI. AC VITA CLERICO. 15
præter hymnos diuinos ac cantica spiritualia quicquam re-
sonet ac repræsentet.

Singulis dominicis diebus, quæ ipfis pecularia sanc-
tissima officia dicenda. Cap.xvi.

MOs inoleuit non admodum improbandus, ut diebus
dominicis toto ferme anno officium Missæ vel de sa-
cro sancta trinitate vel de spiritu sancto dicatur. Nobis san-
ctius videtur, ut quæ præfata ecclesia singulis dominicis pecu-
liaria fecit, obseruentur. quod si illorum loco alia usurpan-
da erunt, videbitur quod de resurrectione domini est, diei
dominico magis conuenire, q[uia] dies illa potissimum resurrec-
tioni dedicata su[er]e. Neq[ue] ignoramus non absq[ue] causa Concilii
Triburien. constitutum, ne propter Missas peculiares,
Missæ, quam de feria uocamus, prætermittatur.

Confessio, missæ präambulum deuote
recitanda. Cap.xvii.

Confessio illa missæ präambulum deuote cum minis-
tris uno aut pluribus, uicissim confitentibus, ac sa-
cerdotis absolutionem in verbo Christi, plena pœnitentis
cordis erga dei pietatem fiducia, recipientibus recitanda.
Ad omnes enim sacro astantes, ea absolutio refertur, vt dis-
gne tantis mysteriis valeant interesse. quamobrem dum h[ec]
funt, nō sit minister accendendis luminaribus aut aliis men-
tem auocantibus (quæ prius facta oportuit) intentus.

Cur sacerdos in altari ministrum habeat. Cap.xviii.

Ne sine magna ratione in Concilio Toletano consti-
tutum fuit, ut habeat quisque canens deo atq[ue] sacri
psans, post se vicini solaminis adiutorem, ubi temporis, lo-
ci, sive cleri copia suffragatur, idq[ue] propter morbos ex cas-

De conse.
distin. 3
Sabbato. c.
2. de ferij.
Ex concil.
Triburie. c.
2. de cele.
miss.

Ex concil.
Toleta. c.
11. c. vt illa
lud. de conc.
se. distin. 1.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

fus diuersos qui occurrere possunt, quo is qui i'pleturus officia accedit, si aliquo casu turbatus, vel in terram elisus fuerit, a tergo semper habeat, qui eius vicem & officium intrepidus exequatur. Aliis insuper canonibus cauetur, ne presbyter nisi duobus testibus presentibus celebret. quæ decreta in quam dissuetudinem abierint, in aperto est, nimirum presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis qui vix ipsis respondere, nec quid agatur sciant.

Omnis cultus diuinus summa cum veneratio-
ne peragendus. Cap. xix.

Ex Concil.
Lugdunen.
sub Greg. x.
1. Cor. 14.
1. Cor. 11.

IN summa, cultus diuinus quem sacerdos in domo dei exhibit, debita cum veneratione peragendus est, ut & deo gratus sit, & insipientibus placitus, qui considerantes non solum instruat, sed & reficiat: Monet siquidem diuinissimus Paulus, ut omnia nostra ordinate ac honeste fiant, ac acerrime increpat Corinthios quod irreuerenter conuenient in unum ad cœnam domini manducandam.

De vita ac moribus Clericorum. Cap. xx.

Coloff. 3

Nunc de vita ac moribus paucis videamus. De vita instituenda sic præcepit Paulus, nedum clericis, sed omnibus Christianis: Mortificate (inquiens) membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus, propter quaenam venit ira dei in filios diffidentiæ. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam de ore vestro, excoriante vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum, qui est omnia & in-

omnibus Christus. Induite vero uos sicut electi dei, sancti et dilecti, uisera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, et gratia esflete, verbum Christi habitet in uobis abundanter. In omni sapientia docentes et commouentes vosmetipso in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes et psallentes in cordibus vestris deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi gratias agentes deo et patri per ipsum. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut domino et non hominibus. Crationi insitare, vigilantes in ea, in gratiarum actione. Sermo vester semper in gratia sole fit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Omnis autem sermo malus ex ore vestro non procedat. Sed si quis bonus, ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. De cetero, quaecunque sunt vera, quaecunque pudica, quaecunque iusta, quaecunque sancta, quaecunque amabilitia, quaecunque bona famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate, et deus pacis erit vobiscum.

Ephes. 5.

Coloss. vlti.

Philip. 4.

Ob quam causam Clerici male audiant et puniantur. Cap. xi.

Olim Clericis haec apostolica præcepta tenentibus Galat. vlti.
Esa. 5. pax super illos erat, quomodo ergo non tantum vi-
nea, sed et vineæ cultores facti sunt in direptione? Ecce (in-
quit Ezechiel, ad Hierusalē verba facies) haec fuit iniquitas

CONCILIVM PROVIN' COLON.

Ezech. 16 Sodomæ sororis tuae, superbia, saturitas panis, & abundan-
tia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno &
pauperi non porrigebant & eleuatae sunt & fecerunt abo-
minationes coram me, & abstuli eas, sicut vidisti.

Præcipuæ causæ omnis mali tres. Cap. xxii.

PRÆCIPUA ergo causæ omnis mali sunt, fastus, luxus, et
avaritia, a quibus Clerici potissimum male audiunt.

Ambitionem ac fastum clericali officio maxime
repugnare. Cap. xxiii.

Matt. 18. **V**T omnem ambitionis radicem Christus discipuloru-
cordibus eximeret, parvulum in medio illorum stat-
tuit, deq; primatu certare prohibuit, qui maior (inquit) est
in uobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut mini-
strator. Nam quis maior est: qui recumbit, an qui ministrat?
Nonne qui recumbit? Quis vero ignorat Clericum in me-
dio ecclesiæ esse tanquam eum qui ministrat, quare memi-
nerimus potius officiu nostri quam dignitatis, Neq; enim ad
dominationem vocati sumus, sed ad opus. Non immerito
Hieronymus, ut pestem quandam fugiendos Clericos ait,
qui à speluncis domorum paternarum abstracti, & post
in ecclesia sublimati, ac sacerdotiis ditati, vanæ gloriæ &
superbiæ stimulis efferuntur.

Omnis luxus Clerico interdictus. Cap. xxiiii.

Hierony. in
Mich.ca. 2.
Matt 22.
Ex cōcī. ges-
nera de vi.
& do. cle c.
A. crapula.

BEATUS Hieronymus ecclesiæ præfectos, qui luxu ac de-
liciis affluunt, Michæam describere asserit, Quod eii-
ciendi sint de spatiois domibus, lautisq; conuiuis, & mul-
to labore conquisis epulis, in seneras exteriore, ubi erit
fletus & stridor dentium. Viuere quidem de altario facere
doti licet, luxuriari non permittitur. A crapula itaq; &
ebrietate,

DE OFFI. AC VITA CLERICÓ. 17

ebrietate, à copotationibus illis ad haustus æquales, à luxu, ab aera, ab immoderatis sumptibus & comedationibus Cōciliū generale Clericos renocat vniuersos, sequutum veteris testamenti institutum, quo ministris templi uinum & sacerda prohibebatur, ne ebrietate grauarentur corda eoru, & ut sensus eorum semper vigeret & esset tenuis. Et Apoſtolus ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto. Et iterum: Non in comedationibus & ebrietatibus, & quæ sequuntur. Atq; alibi, Solomon: Luxuria res, vinum & tumultuosa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit sapiens.

Ephe. 5
Roma. 13
Prover. 20

Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, nisi necessitatis causa intrare. Ca. xxv.

Olim tanta honestas desiderabatur in clero, ut ne nuptialibus quidem coniuiciis ipsis interesse liceret nec immisceri spectaculis ac coetibus, ubi amatoria cantantur, aut obsceni motus corporis, choreis & saltationibus efferuntur, ne auditus & intuitus sacris mysteriis deputatus turpium spectaculorū atq; verborum contagione pollueretur. Quid si uideret ecclesia illa præsca Clericos nostri temporis tabernarios, tabernisq; (quasi domos nō haberet) noctu diuis; alligatos, q; execraretur facinus: Post hac ergo, nō solum nullus ex clero sordidissimum cauponem aut tabernarium agat, sed ne ad tabernas quidem nisi necessitatis causa disuertat, Alioqui pœna canonice imminent ei, qui ordini suo banc ignominiosam notam inuovere tentauerit.

Ex cōc. A.⁹
gath. Laud.
Cartbu. vlt.

Ex Concil.
Viennensis.
1. Timo. 3

Habitus, seu exterioris corporis cultus modestia, à clericis exigitur. Cap. xxvi.

Beatissimus Paulus habiebat modestiam & in mulieris

CONCILIVM PROVIN. COLON.

bus desiderat, quem uult uerecundum esse, non intortis cris-
tibus, aut auro, aut margaritis, uel uestie pretiosa, sed quod
decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Iti-
dem Apostolus Petrus eas commendat, quarū nō sit extrin-
secus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestiu-
mentorū cultus, sed qui absconditus est cordis homo in in-
corruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cōspe-
ctu dei locuples. quā turpis ergo putanda est in clericis tāz
eo gradu sublimioribus deformissima illa ac frequētissima
nostrae tēpestatis habituum variatio, quā ne infirmiori quis
dem vasculo Apostolorum principes permittendam duxea-
runt. Ex ueste apud homines sanctimonīs opinionem auctu-
pari prohibuit Christus, qui in omnibus operibus nostris, id
quod intus est, primum respicit, mundariq; iubet, Deinde
quod deforis est, Vae illud horrendum pharisaic hypocritis
interminans, qui ut uiderentur ab hominibus iusti, dilata-
bant phylacteria sua, & magnificabant fimbrias, cum es-
sent intus pleni rapina & immunditia. Interim tamen euā

Matth. 23

gelium nō temere uestimentū Iohānis Baptiste (quod illius
professioni ac mēti respōdebat) de pilis camelorū contextū
celebrat ac ipse Christus uestiūm mollitiē ac lenitatiē auer-
satur. Ecce (inquiēs) qui mōllib⁹ uestiūt, in domib⁹ regū
sunt. quæ omnia huc spectat, ut uelimus clericos præter in-
dictā consuram, uestes quoq; suo ordini congrētes defer-
te, quemadmodū olim generali Cōcillo cautum est. Pudet

Matth. 3

siquidē nos, cū uidemus prodire clericos perinde atq; seculā
milites armatos, uel qui sint ut fœmina compii. Itidem pā-
nosi clerici ac uestibus laceri displacent. Neq; enim affectas
& fordes, aut exquisit⁹ delitiae laudem pariunt.

Ex Concil.
generali, c.
cler. de vita
& ho. cle.
Hierony.

DE OFFICIIS AC VITA CLERICORUM. 18

Mali exempli est, sacerdotem se uenitare in Capellano,
delicato laico aut muliercula. Cap. xxvii.

Magna eorum leuitas est, in magnam cleri ignomini-
miam redundans, qui se laicis atq; adeo delicatis
feminiis, ventris causa, in Capellano, ut appellant, atq; an-
teambulantes uenitare. Qui enim debebant esse gregis du-
ces, rediguntur in caudam, & sordidissimis quibusq; nego-
tia alligantur, Proh nefas.

Hierony.

Suspecta mulierum cohabitatio clericis in-
terdicta. Cap. xxviii.

Ex concil.
Niceno.

Niceno Cōcilio, neq; Episcopo, neq; presbytero, neq;
diacono, neq; ulli clericorum omnino habere secum
mulierem extraneam permittitur, nisi forte mater, aut so-
ror, aut cuius uel amita, uel matertera sit. Nos (si tamē hęc
tempora tantam severitatem pati non uidentur) falcem sua
spectem cohabitationem prohibemus.

Ex concil.
Mogone.

Anaritia in clero execrabilis. Cap. xxix.

Ex eph. 7

Ex quo in ecclesia Dei anaritia eruit, perire lex de se-
cerdote & uisio de prophetā, quemadmodum dicens
Hieronymus ad Ruficum Narboneñ. cit. Nec mirum, q
nemo possit seruire Deo & mammonae, aut enim unū odio
habebit, & alterum diliger, aut unum sustinebit & alterū
contemnet. Vbi enim est thesaurus vnius, ibi & cor suum.
Habentes autem alimenta & quibus tegamur, quisq; secun-
dam fuc̄ uocationis rationem, his contenti simus.

Hierony ad
Rufi.
Matt. 6

Honesto artificiolo vicitu querere clero licet. Ca. xxx.

1. Timo. 6

Qibus non suppetit ex sacerdotio, honesto artis-
ficiolo uictum querant, sequunt diui Pauli exem-
plum. Sic tamen, ne sordidam aliquam artem sa-

Ex concil.
Carthagi. c.
cleri. viii.
91. dist.
Acto. 18
Ephes. 4
1. Corin. 6

CONCILIUM PROVIN. COLON.
cerdotio ignominiosam exerceant.

Clerici ne mercatores sint, multo minus sc̄enes
ratores. Cap. xxxii.

2. Timo. 2.
Ex ñc. Mo
gū. c. ne
ele. uel. mo.
e. so. eo. tie.

Nemo militans deo impliceat se negotiis secularibus,
ut ei placeat cui se probani. quare multa prouiden-
tia olim vetitum est, uel mercatores, tacemus facinatores,
sint lucri causa.

Damnantur clerici superstitioni, scurræ, curiosi
ac leuiculi. Cap. xxxiii.

In cœcil. As
gatē. 7. c. q
fit graue de
eccess. pre
la. 2. 3. aist.
e. his.

Reperiuntur qui superstitioni, divinationibusq; ac sor-
tibus dediti sunt, quos damnamus. Sunt qui scurras
in conuiniis dinitum ac potentum agunt, qui cum malefece-
rint, glorianter & exultant in rebus pessimis, qui digni nō
sunt, ut clericci appellantur. Sunt curiosi & leuiculi, qui in fo-
ris, in cōpitis, in plateis, in uicis obambulant, uagis oculis, ef-
freni, lingua petulante, flauidoq; incessu, & leuitatem ani-
mi, impudentiamq; mentis ostendunt, quos auersamur. Eos
verbantur & re & nomine clericos reputamus, qui le-
gem Dei die noctuq; meditantur, munus suscepimus debite
exequantur, ac vitam agunt sacerdotio dignam.

DE METROPOLITANIS CATHEDR A- libus et collegiatis ecclesiis, et i his ministratibus. Ca. I.



V V M Metropolitana seu Cathedra-
lis ecclesia sedes fit Episcopi principēq;
locū in Clero obtineat, nequaq; postre-
mū in reformatione locū obtinere des-
bet. Nisi enim ea ecclesia pluceat om-

DE METRO. ET COLLE. ECCLE. 19
mibus, q̄ in tota prouincia aut diocesi cōstitutis sunt, fruſtra
nēdimus redigere i ordinē ecclesiasticē discipline ceteras.

De officio Decanorum. Cap. ii.

Porrō quum collegiatē ecclesiae secundariē sint post
cathedrales, et inſtar illarum (quod ad ordines minis-
trantium, diuinumq; cultum attinet) cōstitute, utrobiquā
Decanis curae erit, ut clerōs suos ad obſeruationem piorum
rituum prouocent ac reducant, vt ad agendam vitam cle-
ricis dignam perpetuo cohortentur, ac impellant, ut à nega-
tiis, à tumultibus mundanis renocent, ne magis ſeculi, quam
Christi milites videantur, ut coemptionis, ebrietatibus ac
omni luxui interdicant, Deniq; ut ſingulos ſuo officio fa-
ciſſe compellant,

De officiis in eiuscēmodi ecclesiis ministrantiis,
generatim. Cap. iii.

Sunt in hīſce ecclesiis diuerſi ministrantium gradus: nē
Spe, Praepoſiti, Decani, Archidiacoṇi, Scholaſtici, Cano-
tores qui et Choripiscopi, Thesauſorii qui et ſacrifice, ſen-
tinelles, canonici, vicarii, atq; id genus alii. Interpretetur
quiasq; vocabulum ſuum, et curet eſſe quod dicitur, ſecun-
dum veterem patrum iñſtitutionem ac regulam. Atq; eo ſo-
lo fecerint, ut cum noſtræ, tum omnium piorum expectatio-
ni magna ex parte reſpondiffe videantur.

De Canoniconum vita et officio. Cap. iiii.

VT de Canonicis dicamus paucis. Reſpondeat corū
vita titulo, reſpondeat nomini, ſint re ipſa, ut ſunt
nomine. Canonici, id eſt, regulares. Neq; enim clam eſt pri-
mam eorum originem monaſticæ disciplinæ fuſſe. Imiten-
tur Apoſtolos et naſcentis ecclesiæ miniflros, quorum eraſt

CONCILIVM PROVIN. COLON.
cor unum, et anima una, qui quotidie (ut in actis apostolia
et legimus) perdurantes unanimiter in templo, et frangentes
circum dōmos panem, sumebant cibum cum exultatione
et simplicitate cordis, perseverantes in orationibus, collaudantes
deum, et habentes gratiam ad omnem plebem. De
tali conuentu Psaltes dixit: Ecce quād bonum et quād ius-
tundum, habitare fratres in unum: qui et compellans ac
prouocans eiusmodi conuentum, ait: Ecce nunc benedictio
te domino, omnes servi domini, qui statim in domo domini;
in atriis domus dei nosfiri. Porro, ecclesiæ istæ collegiatæ
quandam uerustatem spirant, et ecclesiæ primitiæ institu-
tum præ se ferunt, quod uel forma ædificiorum ostendit,
que Canonicos propè templum in unum penè habitaculum
collocavit, ut procul à promiscua multitudine separati, de-
uinis pariter laudibus iugiter insisterent.

Quemadmodum preces horariæ aliaeq; diuinæ
laudes decantandæ. Cap. v.

Ex concil.
Agath. in c.
presbys. c.
docetes de
cele. missa.

S Tatis ergo ac debitiss horis, laudes diuinæ non cursim
Sac festinanter, sed tractim, nō truncatim, sed integræ
distinctæ, devote, reverenterq; ab omnibus decantentur,
persolvanturq; Et quan psallendi gratia conueniatur ibi-
dem, muta aut clausa labia nemo tenuerit, sed omnes par-
ter, senes cum iunioribus laudent nomen domini in psal-
mis, hymnis et canticis, deo alacriter modulantes, sic tan-
men, ne boatus confundat recitationem. Nemo tum, cum pu-
blice, vel preces horariæ, vel missæ sacrum cantando pera-
guntur, legat uel dicat priuatim officium, nam is, id quo ob-
noxius est, choro subtrahit, atq; alios uel psallentes pertur-
bat, uel à psallendo retrahit. Quem tamen aliud officium

D E M E T R O , E T C O L L E , E C C L E . 20
ecclæsticū aut publicū alio statim rapiet, ut nisi legēs
preces horarias, tempestive absoluere haud possit, hac le-
ge teneri nolumus. quām autem à vero aberrant, qui existi-
mant sese non alicuius officiū in ecclesia exercendi, sed quie-
tis ex inertia tantum causa canoniciatus esse adeptos: Per
inde atq; satis sit, paucis quibusdam clericis admodum igna-
ris, tenui pretio conductis, curam diuini officii committi,
quod deinde eiusmodi mercenarii, nō seruatis temporum
intersticiis, syncopando transcurrunt, interim ipsis canonice-
is tota uita torpentibus.

Inter sacra nihil ne cogitandum quidem, quod Dei
aut ecclæsticæ oculos offendat. Cap. vi.

IOnge vero abominabile est, quod quidam quā, cum di-
uina aguntur, inter sese de rebus prophanis tractant,
muffitationes, colloquia, risas ex cachinnos intermissione.
Quidam aut in aliquem chori angulum se recipiētes, de nu-
gis, ne quid grauius dicamus, commentantur, aut foris per
templum magno cum populi offendiculo deambulōtes, oce-
los pariter ex aures ad vanitatem conuertunt, atq; sc̄ra lo-
ca scandunt, positi in lapidem offensionis ex petram stan-
dū. Hac lege nullum excipimus, siue claris sit natalibus pros-
gnatus, siue plebeius, quin potius, qui genere prestant,
meminerint se illic canonicos agere ex conuersari non in-
uisis, sed in scholis uirtutum ac ecclæsticæ disciplinæ.

De canis templi summi potestas in præuaris
catores. Cap. vii.

FAcimus quoque Decano ecclæsticæ potestatem,
personas ecclæsticas ex aliis collegiatis ecclesiis, in o-
tardum magis curiositate rerum nouarum, quām deuotio-

CONCIL. PROVIN. COLON.

nis causa ad templum summum se recipientes ac inibi præster omne decorum, s̄epe etiam ecclesiastico habitu non amēti, inter laicos sursum, ac deorsum inambulantes, pœna canonica, nimis suspensionis temporarie, aut maiori etiam pro ratione culpæ coercendi.

Quem oporteat esse vestitum ministrantium
in hisce ecclesiis. Cap. viii.

DE vestitu clericorum ante diximus, qui in his tanto debet esse decentior quò sunt altiori loco, perindeq; atq; in speculo quodam constituti. Sit ergo chorum ingredientibus vestitis talaris, sint pilei (que bireta vocamus,) sint camisia, sint deniq; calcei pariter q; caligæ tales, in quibus non fastus iactantia, elationis uitium, vel mentis levitas, sed clericalis ordinis honestas q; modestia deprehendatur. Si quidem ita semper visum est maioribus nostris, externum habitum quid intus crepet, designare, Adeo ut q; leges civiles injuriam matronæ, habitu meretriceo utenti, illatam, nō vinces. priuale. dicent, ac canones clericum non alligatum coniugio: habent ac tonsuram clericales deferentem, post tertiam monitionem, clericum vero coniugatum flatim priuilegio exuas. clericali, Adeo ut sic in maleficiis deprehensi animaduerfionem ciuilium magistratum non euadant. Ne autem post hac quispiam excusationem non faciat aut præuiç monitionis prætexat, hac nostra synodali cōstitutione omnes (quotquot sunt in nostris dioceſibus constituti) clericos qui habent minus decēti utuntur monemus, ut intra tres mēses, quorum singulos pro singulis dilationibus, tertiam uero uti p̄ remptorium terminum præfigimus, habitum qui clericos deceat, reassumant, Alioqui ipso facto nulla posthac alia mo-

Agraten. 20

Hono. iii. c.
ex parte de
priu. v ex-
ces. priuale.

nitione expectanda in censuras ac paenas cōstitutionum canoniarum incursum.

Decani vndiquaq; aduigilabunt. Cap. ix.

Quo ergo hēc quē diximus repurgentur, ac debite simul cum omnibus aliis ad diuinī officiū prosequuntio-
nem ac chori disciplinam spectantibus obseruentur,
Decanus diligenter inuigilabit, hinc et hinc circunspiciēs,
ne quid inordinate fiat.

Ante omnia uero ut canonici sacrī adfint. Cap. x.

Qui ante omnia curē erit, ne quis canonicorum sacrī abfit, sed ut qui emolumentum ferre volent, officium quoq; suum, propter quod beneficium datur, in ecclesia ges-
tant. Aurelianen. Cōcilio cauetur clericos qui officio adesse Aurelia. 2. cōtemnent, ecclesiasticā disciplinā arbitrio Episcopi res-
cepturos. Sed facile castigabitur hic lapsus, si negligens-
tes subtractione prouētuum seu distributionum mulctentur.
Quare qui ab epistolē lectione, exinde toti missē, et a pris-
mo psalmo, singulis horis canonicis integris ac minime in-
terpollatim (mis̄a forsitan necessitate auocate, petitaq; ac ob-
tentia licentia) non interfuerit, iustum est, ut hic illius horae
aut officii stipendio in totum careat.

Vicarii ut diuinis laudibus decantandis inter-
sint, adigendi. Cap. xi.

Qui Vicarii dicuntur, in quibusdam collegiis se in li-
bertatem quandam potius carnis quam spiritus nunc-
dicare cōtendunt, nolentes choro, decantandisq; sis-
mul cum canonicis diuinis laudibus ac sacrī esse addicti,
sed hi resipiscant ac incipiāt intelligere cur Vicarii dicantur. Superpelliceis quoq; utantur. Cuius enim uices gerent.

CONCIL. PROVIN. COLON.

nisi canonicis adiutores accedant: Horum nimis uice, qui uel aduersa valetudine detenti uel negotiis necessariis auocati, interesse non possunt. Cur tandem super pelliceis ventur, qui chori sacris se mancipatos non agnoscunt. In ordinem ergo discipline redigantur, suspensionisq; pœna, etiam à fructibus, nedum quotidianis illis que distribuuntur, sed à grossis etiam pro culpæ modo animaduertendis in non parentes.

Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc per fundationes beneficiorum est imposita. Cap. xii.

Quorum fundationes personalem residentiam requirunt, illi aut ipsi resideant, aut à prouentuum perceptione suspendantur, & fructus illi, in alios piros usus conuertantur, nisi qui reipublicæ causa ex autoritate nostra absuerint.

Lucri tantum causa sacris adesse nō oportere. Cap. xiii.

Vinam optando à deo Opt. Maxi. consequi possimus, ne quis quam lucri causa diuinis interesset, alioqui non accessurus sacra, ueluti quem nummi magis, quam dei amor in templum trahit, quæstum pietatem esse putans, qui, non dubium, ex numero eorum est, de quibus Esaias dixit. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Nec multum is abest (vti plerisque doctissimis viris placuit) ab horrendo crimen Giezi, qui existimauit diuinum munus pecunia redimendum. quare viderint clerici nostri, ut eorum mens & intentio tota in deum referatur, ut cum David confiteantur deo in directione cordis ac in labiis suis pronuntiantes omnia iudicia oris eius. In via etiam testimoniorum domini delectentur sicut in omnibus dixitūs, Optandum, ut

Esaig. I

4. Reg. 8

P.M. 118

Psalmus ille centesimus decimus octauus, qui roties non sine causa in ecclesiis replicatur ore simili et correspondente singulis verbis mente decantetur. Et cum eodem Psalme ex animo dicatur. Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor psal. 53.
nominis tuo domine, quoniam bonum est. Non adimit Christus 1. Corin. 9.
etas, sed decernit operati suam mercedem: Dignus est enim 1. Tim. 52.
operarius mercede sua. Et: qui altario deseruit, de altario
et vivet. Sed interim cogitare debet clericus se vivere non
ut edat, sed edere ut Christo vivat, habere. Matth. 7.; semper menti
reconditum Christi verbum: Primum querite regnum dei,
et haec omnia adiumentur vobis.

Capitula discipline qualiter obseruanda. Cap. xiii.

Capitulo vero discipline (que vocant) multo maiori diligentia obseruentur atque hactenus. Id ita fiet, si non tam prophans quam res sacrae in his tractentur. Si de moribus inquiratur, si vita expeditatur singulorum, Et quod olim sancti patres fecisse dinoſcuntur extemporali oratione, interdum cononerentur fratres. Et in primis ad sacras litteras capessendas instigarentur; atque ut in his optimas horas collocaarent, incitarentur, quod hic reperiatur fons vitae scripturians, ex quo qui haurit, non sit in aeternum. Hic thesaurus euangelicus (propter quem oportet vedere in iusta) recuditus fit, ex quo prudens ille pater familias profert noua et vetera. Iohann. 4.
Matth. 13.

Officium Decani in rebelles. Cap. xv.

Si quis Decanus rebelles cernat, si diuini cultus atque sui officii negligentiores, si rixosos, si litigiosos, si percussores, si aleatores, si scorta fouentes, aut aliis publicis criminiibus irretitos; atque hi fraternam correptionem audire recusauerint, agat in his capitulis quod iubet Paulus: Reca-

Ex corct.
Apolten. c. 2.
1. Timo. 5.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

cantem coram omnibus corrigere. Tum si resipiscere nobint,
arceat à sacris, prohibeat participare fructus, donec ad
meliorum vitę frugem reuertantur, sic tamen, ut hic serues
1. The. 5. tur regula apostolica: Corripite inquietos, consolamini pu-
fillanimes, patientes estote ad omnes, & neq; ira, neq; odiū,
neq; rancor, vllas sibi partes vendicet. Nam illa pr̄positos-
Innoc. papa
ij. Grego. ad
M. sur. Imp.
c. illa. 1. 1. q.
30. rum solicitude est utilis, illa cautela est laudabilis, in qua
totum ratio agit & furor nihil sibi vendicat. Ira enim sepe
etiam innocentes ad crimen adducit. Dum enim iusto am-
plius irascimur, & volumus aliena coercere peccata, gra-
uiora committimus. Per haec tamen nostris ac ecclesiarum
prouinciae nostrae priuilegiis ac legitimis consuetudinibus,
& pr̄sertim mori ac consuetudini qui in aliquibus eccles-
suis est (nempe ut causæ disciplinæ per Diaconos diuidicen-
tur) nihil pr̄ejudicamus, modo tamen Diaconi ad requisi-
tionem Decani, suo officio gnauiter ac strenue incumbat
ac satisfiant. Quod si Decanus & Capitulum negligens-
tes, aut eisdem criminibus irretiti fuerint, ad juris commis-
nis dispositionem redire, necesse erit.

Contentiosi ad pacem et concordiam per Decanum
& Capitulum reuocandi. Cap. xvi.

Gene. q.
Gene. 37
Iohann. 1. 3
[Nuidiæ detractionisq; vitium longe omnium pestilenta-
tissimum, in collegiis non est nouum, quod humani gene-
ris hostis inter fratres serere semper conatus est. quemad-
modum de Abel & Cain, Ide Joseph & fratribus eius les-
gimus, quin parum aberat ab omnium sanctissimo illo col-
legio, nempe apostolico, nisi pacificator Christus Iesus ma-
tercesisset, ac Satanam repente eieciisset. Hinc saepenumes-
tro in clero, rixæ, iurgia, & iniuriæ nascentur. Hinc multæ

false criminationes, emulationes, obtrectationes & detrac-
tiones oriuntur, Et sic lingua ordinata in laudem Dei, in-
quietum malum, plena veneno mortifero. Fit denique ut in
ea qua benedicimus Deum & patrem, in ipsa maledicantur
homines, qui ad imaginem et similitudinem Dei facti sunt.
Atque ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non
eportet (inquit diuus Iacobus) fratres mei haec ita fieri, sed
qui sapientes & disciplinati inter vos, ostendant ex bona
conuersatione operationem suam in mansuetudine sapien-
tiae. Nam si zelum amarum habetis & contentiones sint in
cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus
veritatem. Non enim est ista sapientia de sursum descendens ^{Iac. 3.}
a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim
zelus & contentio est, ibi inconstans, & omne opus praes-
uum. Quae autem de sursum est sapientia, primum quidem
pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misse-
ricordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.
Fructus enim iustitiae in pace seminatur, facientibus pacem.
Proinde si quis putat se religiosum esse, non refrenas linguam
suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Haec ille.

Poena aduersus contentiosos pertinaces. Cap. xvii.

A Gathensi Concilio constitutum est, ut quicunque odio
aut longinquā inter se liceat dissenserint, & ad pacem
reuocari nequiverint, primitus arguantur, qui si inimicitiae
deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu
infissima excommunicatione pellantur. Decanus ergo, ubi
viderit intercedere inter fratres dissentionis materiam, que
fraternam dirimat charitatem, huius canonis autoritate
vatur, ac pro pace farcienda conservanda, Capituli sui

Ex Concio.
A. d. e. c. 38.

CONCILIVM PROVIN. COLON.
consilium atq; auxilium implaret, q; iniucem libenter p̄aes
statunt, cuiuscunq; odio vel amore longe postposito.

quo tempore Capitulorum quotidianorum conuen-
tus obseruandi. Cap. xviii.

QVotidiani Capitulorū conuentus, aut maturius sub
summam missam aut statim post illam seruādi sunt,
Ne ob illos diuinum officium vel suspendatur, vel
pr̄cipitetur, vel deniq; ab ipsis Canonicis negligatur, Des-
bet enim dei causa omnibus aliis anteponi.

Volumina statutorum residenda. Cap. xix.

HAbent ferè quotquot sunt cathedrales ac collegiate
ecclesiae suum volumen peculiarium statutorum, que
interdum pro affectu priuato cuiuslibet augentur, ac cre-
scunt. Inter hæc reperias quām plura, que quæstum magis
quām pietatem resipiant, et ad inçualitatem potius, quā
equalitatem faciant, vnde discordia inter fratres (uti fieri
solet) frequenter alitur, concordia vero scinditur, lacera-
turq;. Et quantumvis pleriq; inter hæc iniqua reperias, adi-
guntur tamen omnes qui recens admittuntur, ad et eiusce-
modi statutorum obseruationē (etiam penitus ignari, quid
contineant illa citra ullum delectum) iure intrando se se al-
ligant, quum tamen iuramentum non debeat esse iniuitac-
tis vinculum, nec ad ignorata extendi. Operæ pretium itaq;
nobis videtur, huicmodi statutorum uolumina inter uiso-
tandum excutere, et quæ euangelie puritati, atq; fraters
næ charitati, deniq; disciplinæ ecclesiastice minus consente-
nea reperta fuerint, resecare, couereq; ne possit hac villa nos-
ua statuta in eiusmodi ecclesiis (nisi tamen noster accesser-
it calculus) edantur.

Cap. 11. de
iure iuruan. in
m.

In Capitulis à iuramentorum facili exactione
temperandum. Cap. xx.

Et quum Christus tanto serio iurādi facilitatem proe^{Matth. 5.}
hibuerit, ut nisi necessitate veritatis, atque periclitā-
dē, cogamur; omnino non iurare debeamus, coercenda est
illa immoderata in Capitulis iuramentorum exactio, per
quam necesse est, ut multi in aincipitia perire corruant,
quorum non tantū illi qui peierant, sed & qui causam periu-
rii temere exigendo p̄fstant, rei sint. Nam Christi verba
est: Sit verbum vestrum, est, est: non, non, quod amplius est,
a malo est. Et in Ecclesiastico legimus: Vir multum iurans,
replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga.
Si nos ipsos indicaremus, non utique dijudicaremur.

Inter visitandū de moderandis annis (qui expectant
tig appellantur) videndum. Cap. xxi.

NUm annos (qui expectantīs appellantur) moderari
possimus, videbimus inter visitandam, quādo nobis
vel id maxime curae erit, ut qui recens accesserunt Canonis-
ci, aliquot annis de consensu Capitulorum suorum bonarum
ac potissimum sacrarum literarum studiis, in Academia alio
qua publica & bene Christiana incubant, utrum sequan-
tur illos interim redditus p̄bendarū suarum quotidianis
distributionibus tantū exceptis, aut portio eiuscemodi perso-
nir, iuxta ecclesiarum statuta & consuetudines assignata.
Multum enim refert viros doctos esse in ecclesia dei, qui ve-
luti splendor firmamenti fulgeant, & tanquā stellę in pero-
petuas aeternitates mansuri, ad iustitiam plurimos valeant
erudire. Indignū ergo studio tam frugifero intentos, ac in
vinea domini operates, diurno denario frascati, modo tas-

Cap. viii
christus de
iure.

Eccle. 32.

Hono. iii. c.
Super spec.
de magistr.

CONCILIVM PROVIN. COLON.
men testimonium exhibeant magistrorum, quod ratis illos
annos rectis operā dederint disciplinis. Per hæc tamen Ca-
nonis indutias, (que se latius porrigit) nolumus coarctare.

Non oportere à Canonico recens admisso, pecu-
niam statutariam duplicatam ob ans-
tecessorem exigi. Cap. xxii.

Nec ferendus nobis diutius uidetur mos ille irrationalis
ibilis, quo ad ynam præbendam receptus, ob suos in
eadem præbenda anteceſſores non receptos (a quibus ius nō
habet, sed potius a conferente uel instituente) pecuniariam sta-
tutariam ſep̄im excoltere cōpellitur. Nec ignoramus quos-
dam Decanos &c capitula in eo eſſe, ut hæc pecuniaria one-
ra (qua recens recepti, contra sacrorum canonum disposi-
tionem grauantur) in dies nouis quibusdam adiumentio-
bus grauidora, ac tandem importabilia efficiant, quod pes-
nitus improbamus.

Communi necessitatē ecclesiæ, communi contributio-
ne confundendum. Cap. xxiii.

Quod si fabricæ aut alia necessitas ecclesiæ immineat,
ſatiſ eſt ut quod in communem uertetur, utilitatem,
ex communib⁹ redditibus defumatur, quām ut quis
priuatim granetur. Euangelicum præceptum eſt, in quo vni-
uersa lex confiſſit & prophetæ: Quod tibi non uis fieri, ale-
teri ne feceris. Et: Quæcumque vultis ut faciant uobis homi-
nes, hæc &c vos facite illis. Ad hanc regulam, ueluti ad Ly-
diū quendam lapidem, omnes actiones suas, quām omnes
christianos, tam uiros ecclesiasticos redigere, æquon est pa-
riter, ac necessarium.

Tribunalia extra templo colloranda. Cap. xxiv.

Cum in quibusdam nostris templis iurisdictionis ecclesiasticæ officiales pro tribunalí sedeant, ad quod interdū multo cū tumultu concurritur delitigaturq; uisum nobis est, ut hæc tribunalia, foris, intra tamen ecclesiarum pomerium, collocentur. Cordi siquidem nobis est, ut quæcunq; diuinum officium perturbare possunt, aut diuinę maiestatis oculos offendere, et templis eliminentur, ne ubi peccatorum est uenia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi.

Optandum, ut deambulationes in hisce ecclesiis prohiberi possint. Cap. xxv.

Atq; utinam commode deambulationes etiam illas laicorum (qui ad cathedrales ac collegiatas ecclesias sola rerum nouarum curiositate ducti confluent, ibidemq; nihil minus quam de rebus sacris, quæ inspestantibus illis aguntur, cogitant) submouere possimus. Grande equidem putamus piaculum, tam ueneranda mysteria, quibus astat Deus, et inter que Christi corpus et sanguis conficitur, tam irreuerenter haberi, tacemus q; domus Dei contemnitur, de qua Christus eiecit ementes et uidentes, et non sinebat, ut quis transferret vas per templum, et dicebat docens: Nonne scriptum est, Domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum? Duplicita cura hic videbitur opus, tum ut prædicatores uerbi Dei ex suggestis populum ab ipsis deambulationibus ex scripturis deterreant, tum ut magistratus ciuiles huic rei corrigendę officium accommodent, cum quibus hac de re agemus.

Marci. 11

Theatrales ludos non inferendos templis. Ca. xxvi.

d

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Inno. 3. c.
cum deco-
rem, de vit.
et bo. cl.

Olim theatrales quoq; ludi & laruarum ludibria inferebantur pessimo quidem exemplo, adeo ut profusione canonica (qua his tētērīm abusus aboleretur) opus fuerit, quem ex nostris diocēsibus, iam, ut speramus, electum gaudemus.

Cuiusdam abusus abrogatio. Cap. xxvii.

TN quibusdam collegiatis ecclesiis ad summum altare, non ordinarii, sed mercennarii clerici, presbytero sacra peragenti ministraturi adiunguntur qui tamen officio suo satis faciunt minus, quum ab altari ad subsellia, ex quibus suc cinitur, a subselliis rursum ad altare multum incomposite subinde discurrunt, quod fieri non oportuit, maxime in ecclesiis illis, quæ ordinariis personis abundant, et quorū ministri copiosis redditibus sunt ditati. Nam omnis occasio contemptus & scandali promiscuo vulgo admenda est.

Processionum Collegiarum ecclesiarum, quæ ad maiorem fuit, moderatio. Cap. xxviii.

Ageren.c.
64. 64

Processiones ecclesiarum collegiarum ad summum templum, quæ diebus maxime celebribus ac festis sūt, proculdubio institutæ sunt, causa conueniendi illuc ad missas episcopales, desiderioq; recipiendi communionem, vel benedictionem episcopalem, iam quum isti conuentus speciem quidem antiquitatis, & nihil præterea repræsentent, imo pernitiosæ euagationis materiam & crapulæ occasionem diebus illis sacratissimis præsent, illas nobis eatenus abrogare uisum est, ut Collegia in ciuitate nostra Coloniæ, in quatuor illis summis anni festis ac diebus celebribus sequentibus, quæq; in suis ecclesiis diuinum officium statim horis reuerenter solemniterq; concelebrent ac peragant, neq;

bis diebus nisi quam nos in summo templo nostro praesentes erimus collegialiter accedant. Nam quantula sic deuotio collegiorum quae tunc accedunt, quis Dei cultus ac veneratio, satis in aperto est. Tacemus, quod interim apud ipsas collepiatas ecclesias hisce diebus, maxime insignibus, solem ne officium prætermittitur. At quod dicitur, uerius præcipientata ac truncatur quam celebratur.

De processionibus non abrogatis. Cap. xxix.

Reliqas autem processiones more antiquo obseruari volumus, iubemus tamen ut clerus ciuitatis nostre, abusus, qui haec tenus irrepserunt, matura consultacione præmia collere peragat.

Quomodo ad anniversaria Episcoporum in maiori ecclesia conueniendum sit. Cap. xxx.

Dum vigiliæ in anniversariis Episcoporum in summo nostro templo conuenientibus illuc collegiis, persolvantur inconcinnius, atq; adeo specie ipsa non satis pius ac deuotus cantus æditur. quare nobis uisum est expedientius, ut collegia singula in suis templis vigilias hasce devote absoluant, dein ecclesiam nostram maiorem ad sacrum tantum accedant, illic tantisper facturi moram; donec id compleatur, singulis interim animum ad Deum ac pias precationes conuersuris, quemadmodum superiori articulo diximus.

Minora ministeria idoneis committenda ac decenter peragenda. Cap. xxxi.

Antiquissimis canonibus in pleriq; etiam Concilii sanctum est, ne laici secus altare inter clericos ministrent, neve in sacrauici ministri licentia habeant ingrediendi

ex cdc.ces
gant de vir.
et hon. cle.
c. nō in ec.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Ex Concil.
Agaten.
C. sacr.
33. dñst.

in sacrarium, quod Græci diaconium appellant, neve vase
dominica contingant. Præterea ne reliquæ sanctorum &
uestimenta ecclesiastica (quæ honesta esse decet) nisi tan-
tum à sacratis ministris attrectentur, adeo ut ne sacratis
quidem Deo fœminis ac monachabus aut lectoribus etiam
sacra uasa uel sacras pallas contingere: uel incensum cir-
ca altare præferre licuerit, uerum id solis Diaconis per-
missum sit, expressim autem laicis ueritum, ne pallas, ec-
clesie uela, ac altaris ornamenta abluant. Neq; patres
hic scripturis deslitigantur. Iam uero eo uentum est, ut
quatuor illi minores ordines, nempe ostiarii exorcisti, psal-
misti, ac lectors (non temere ab ecclesia instituti ac res-
cepti) præter nomen nihil in ecclesia retinuerint, illorumq;
loco tenues aliquot homines laici qui per ecclesie præla-
tos minoris Compendii gratia subrogantur, illorum officiis
fæse ingerant. Idq; indecora, quippe nullo penitus
clericali habitu amicti, inter quos sunt, quos appellamus
campanarios. quos ad minimum (cæreis accendendis,
aliisq; in choro ministracionibus intentos) deceret super
pelliceis indui. Ne interim prætereamus ablutionem pallar-
rum, uestimentorumq; altarium, breuiter sacrorum custo-
diam talibus per custodes seu thesaurarios nostri temporis
committi, quos hæc contingentes antiquitas nefarii criminis
simul cum surrogantibus damnasset, quare cautius post
hoc agendum, ne ob talem præsumptionem dominus ira-
eus, plagam populo, qua simul innocens cum nocente ins-
oluatur, immittat.

DE PAROCHIS AC EORVM VICARIIS,
alijsq; uerbi ministris.

Cap. I.



Ic titulus cum generalis sit, in plerosq; alios scinditur. Primum enim videndum est, qui ad uerbi ministerium et regimen ecclesiarum admittendi sunt, deinde de vita ac moribus eorum? Post, de officio, quod in duobus potissimum situm est, dissemination uerbi, administratione sacramentorum. Postremo, de ipsorum via fca, de quibus speciatim dispiciemus. Ante omnia tamen lectorum admonitum esse volumus, hos esse locos quos ecclesiarum iubar diuus Paulus in epistolis ad Timotheum ac Titum accuratissime tractat. Nā huc illç potissimum spectant, ut sciant Timotheus, ac Titus, quomodo oporteat eos in domo Dei conuersari, quæ est ecclesiæ Dei uiuentis, nisi q; arti culus, administrationis sacramentorum, et qui de victu est, alibi fusi explicantur. Porrò, cū hæ Paulinæ epistolæ merae aureæ sint, & nulli non parochio cognitu in primis necessarie. Idcirco ad uerbum ediscendæ memoriae mandanda, ac operç complendæ erunt. Ex quibus alia euangelicis apostolicisq; scripturis ac patrum sanctionibus, nō quedam decerpemus, quo dilucidius fiat, in quibus haclenus magno cum reipub. detimento peccatum, & quid de cetero parochis factio opus sit.

Qui admittendi.

Cap. ii.

Matth. 9
Iohann. 10

Q Vum Christi uerbo bonus, ac pastorum princeps, qui posuit animam suam pro omnibus suis, circuaret omnes ciuitates & castella, docens in syna-

CONCILIVM PROVIN. COLON.

gogis eorum, et prædicans Euangelium regni, et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. quia, inquit, is qui uenit requirere et seruare quod perierat, vidisset turbas, misertus est eis, quia erant uexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem, dicebat discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

Orandum Deum ut mittat operarios in messem suam. Cap. iii.

NVM quæso putamus necdum tempestiuum esse interpellare dominum messis, ut mittat operarios in messem, ac pastores, non quoslibet, sed secundum cor suum: nisi mirum: quibus misere dissipatis ac palantibus requirendis? quis nisi in media luce cæcus, non præsentiscat, nos in ea periculofissima tempora incidisse, in quibus prædictiones Christi et apostolorum scripturæ, omnino atque omni ex parte complentur? quis enim non uidet uenisse, irrupisseque, numerosa admodum caterua ad nos falsos prophetas in vestimentis ouium qui sunt intrinsecus lupi rapaces, qui non intrarint per ostium in ouile ouium, sed ascenderunt aliunde fures ac latrones: Non enim venerunt, nisi ut furentur et manifestent et perdant quos videntes mercenarii, et qui non sunt pastores, venientes, fugiunt et dimittunt oves, et lupi rapiunt et dispergunt eas. Fugit enim mercenarius, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ouibus. Poterant direptores isti sub exuio ouino aliquandiu delitescere, nisi Christus eos prodidisset. Ex fructibus (inquietus) eorum cognoscetis eos, quod non possit arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Ex

Marci. 6
Luc. 10

Matth. 7
Iohann. 10

Matth. 7

fructu enim suo unaquaque arbor cognoscitur.

Vnde dignoscere oportet Pseudoecclasiastes. Ca. iiiii.

Quos qui uelit penitus agnoscere, is secundam Petri legem 2. Pet. 2
ludit cap. ii. ex quae eiusdem argumenti est, Iudeus Apolo-
stoli vnicam, ex eas potissimum diui Pauli epistolas, lude. 1
quas ad Timotheum ac Titum coepiscopos suos prescripsit, Ad Timot.
in quibus illos, eodem, quo dominus, nomine, appellat lupos.
rapaces non parcentes gregi. Ex nobis quidem suborituros,
sed peruersa loquentes, ut abducant discipulos post se homines.
sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, pro-
teruos, reprobos circa fidem. A fine praecepti, que charitas 1. Timo. 1
est, de corde puro, ex conscientia bona ex fide non facta, to-
to caelo aberrantes, in vaniloquium conuersos, seductores,
proficientes in peius, errantes, ex in errorem mittentes, Ma-
gistris prurientes auribus, ex in fide (quod bonam consci-
entiam repulerint) naufragos uerbis contendentes, sanis ue-
ro sermonibus, ex ei, que secundum pietatem est, doctrinę
nentiquam acquiescentes, superbos, languentes circa qua-
stiones ex pugnas herborum, ex quibus oriuntur inuidiae,
contentiones, blasphemias, suspitiones, malaeque conflicitio-
nes, hominum mente corruptorum, ac proinde ad nihil utili-
les, nisi ad subuersionem audientium, quorum sermo ut can-
cer serpit. Nunquid poterat Apostolus futurorum consciens, 2. Timo. 2
hosce Pseudoecclasiastes apertius, aut dilucidius designare,
quos nullus profecto Apelles tam expressim suis coloribus
depingere potuisset.

Soli, authoritate ordinaria cōprobati, ad uer-
bi ministerium admittendi. Cap. v.

CONCIL. PROVIN. COLON.

ADuersus hos pseudochristos & pseudoprophetas, nos
 Matth. 24. 45. **P**räemunivit Christus: Videte (inquit) ne seducamini.
 Luce. 21. 15. **M**ulti enim uenient in nomine meo, & multos seducent,
 Marci. 14. ut in errorem (si tamen fieri potest) ducantur, etiam electi.
 Nolite ergo ire post eos. Vos ergo (ut subiecit commones)
 videte, Ecce prædicti uobis omnia, Christi ergo præceptum,
 quantum nobis ipse concedit, sequentes, quo lupos tam pesti-
 lentes ab omnibus ac diocæsibus nostris abigamus, uisum no-
 bis est operæ pretium fore, antiquos innouare canones, qui c-
 bus præcipitur, ne illi ad uerbi ministerium seu prædicatio-
 nis officium, nisi missi, auctoritateq; ordinaria approbatæ
 sint, admittantur. Quomodo enim (secundum Apostolum)
 prædicabunt, nisi mittantur?

Roma. 10. 10. **Q**ui sunt legitimi parochi, & illorum Vicarii, modo tamen
 hi examinati prius & admissi sint. Cap. vi.

c. licet. para-
grapho. is
etia de ele-
lib. 6

Ordinarii ergo uerbi ministri; ecclæfiarum parochias
 lium legitimi rectores ac parochi sunt, quos etiam
 personaliter apud easdem ecclæfias, secundum canonicas
 sanctiones perpetuo residere uolumus, nisi tamen eos ma-
 gna ratio, ueluti q; uel maioris, ac publicæ utilitatis causa ab-
 sint, que et nostro calculo approbari debet, vel q; soli ob pa-
 rochiæ amplitudinem gubernationi tantæ, non sufficient,
 excusauerit. Tum enim qui per illos delegabuntur Vicarii
 seu vicecurati (modo tamen hi etiam examinati, & tam
 quod ad vitæ integratatem q; Christianæ eruditioñis purita-
 tem & zelum attinet, idonei reperti fuerint) nostro per-
 missu eodem officio perfungentur. qui vero deinceps in vi-
 cecuratos assumentur, Vicarii nostri in pôtiscalibus ac Theo-
 logoriam ei per nos adiungendorum, In diocæsibus uero

Suffraganeorum nostrorum, illorum, quibus hoc murtheris committendum duxerint, censuram (num videlicet obeundo muneris, apti seu idonei sint, uel minus) expectabunt.

Fratres mendicantes quatenus admittendi. Cap. viii.

Aliquot retro seculis in ecclesiā recepti sunt quatuor mendicantium fratrum ordines, quo parochorum in verbi ministerio cooperarii foret. quos absit, ut repellamus, si tamen intra Concilii Viennensis, sub Clemente quinto celebrati, aliarumq; canonicarum constitutionum cancellos sequentur. Nec ante accesserint, q; per ipsorum praelatos, ut uiri in culpae vitę discreti pariter ac modesti, ac uerbi diuani probè gnari, iudicentur, atq; ad hoc munus diligantur. Deinde etiam Vicarius nostris in pontificalibus presenti, tales inuenti fuerint ac permitti.

Quam modestiam fratres mendicantes in uerbi prædicatione seruare oporteat. Cap. viii.

Quitamnam quum in subsidium tantum uocati sint, ordinariis ecclastarum rectoribus molesti esse desinet, ita uidelicet, ne eosdem (quū suo munere fungi ipsi met velint) præoccupent, ne ue quos in excolenda uinea domini iuuare debent in concionibus, uirulenta ac detracto-ria lingua carpant, ut nonnulli huius generis solent, qui infatii ac incompositi populi auribus demulcendis student, suam, non Christi gloriam ambientes. Tam ignari omnis ecclastice disciplina, ut ignorent parochos, si forte ceciderint, suos habere indices, non ipsos fratres censores, multo minus promiscuam plebem. Quam exploratum est, mutuis ecclasticorum uirorum amarulentis detractionibus adeo non emendari, ut scandalizetur multo magis. Nec audiens

Ez eccl. viii
ennen. cle.
duktion. de se
putau.

Ez. decree.
Pdtia. pont.

CONCIL. PROVIN. COLON.

Ex decreto Anacleti. *di sunt isti, si seruos Dei accusare se dicant, ut meliores fiat;*
quum potius inuidiae stimulis adulatio[n]is q[ue]d; quam charitatis
studio agitari conuincantur. Id ipsum uel propria eorum
conscientia attestante quod sciant, nullum uel in seculo, ne de-
camus in eorum monasteriis inueniri, qui uelit suum seruum
ab alio quam a se iudicari, Adeo ut si quis fecerit præ-
sumpserit, hunc et multa sequatur indignatio et ulciscendi
Roms. 14. 4 cupiditas, Quin Paulum audiant dicentem, Nolite iudicare
inuicem, sed hoc iudicate magis, ne offendiculum detis fratri.
Non ferendi qui in iurisdictiones et potestates te-
mere ad plebem inueniuntur. Cap. ix.

*M*ulto minus ferendi sunt qui ut auram uenentur, pos-
1. Timo. 1. *popularem, in iurisdictiones episcopales ac ordines ec-*
clesiasticorum pariter et ciuilium magistratum inuenien-
tes, temere vociferantur ad populum, Non intelligentes in-
terdum neq[ue] de quibus loquuntur, neq[ue] de quibus affirmant,
quo nihil aliud efficiunt, quam ut plebem, alioqui satis in-
clerum irritatam, irritatiorem reddant, ac gliscenti seditione-
num igni oleum subministrant, Iurisdictiones ac magistras-
tus esse oportet. Quod interdum personarum, non ordinis
seu magistratus uitio peccatur, alia prouidetia purgandum
est, non cæco plebis iudicio expendendum fraterna corres-
ptione opus erat, non accusatione aut laceratione ex sugge-
stis. Et ut omnia non statim ad viuu usq[ue] repurgentur, quod
fieri uix potest, non grauabuntur isti oculati, in se quoq[ue] des-
scendere ac suos erratus inspicere, quo tandem æquiores
fiant, diuinisq[ue] iudiciis etiam quedam relinquunt. Si enim or-
matia (vti scite Anacletus ait) in hoc seculo vindicata essent,
locum diuina iudicia non haberent. Sed de his satis.

Ex canonico.
Anacleti.

*Abusus est, qui parocho suo officio interdis-
cit.*

Cap. x.

Ex his quæ diximus consequitur, eum morem, qui alicus ibi irrepit, penitus irrationalabilem, ne dicamus execrabilem abusum esse, quo legitimi ecclesiarii parochi adiungunt iure iurando affirmare, se in suis ecclesiis fratres mendicantes ad verbi ministerium (etiam si ipsum et pro ratione suscepit ac cōcrediti munera eo fungi uelint) perpetuo admissuros. Quid enim hoc more aliud agitur, q̄ ut parocho officium, quo se Christo ex ecclesiæ obstringit, admatur, ac in alium reletetur. Id vitii, ut spes est, curabimus.

*Fratres mendicantes his synodalibus constitutioni-
bus erunt parentes.*

Cap. xi.

Aequum quoque censemus, ut qui ex fratribus huic mu-
neri accingi uelint, nostris Vicariis in pontificalibus
serio promittant, se hinc synodalibus institutis omnino
obtemperaturos, quo sermo dei pure, sincere, ac sine offensione
decurrat.

*Decet quoq; ut fratres etenus ordinariæ potestati
subiiciantur.*

Cap. xii.

Qui ut ordinariæ nostræ potestati, quod ad eiusdem
di functionem attinet, subiiciantur, ex etenus mos-
nasticæ professionis regulis, obligationibusq; eximā-
tur, non decens tantum, sed ex iustam putamus.

*De semel certo loco destinatis ac admissis non te-
mere retrahendis.*

Cap. xiii.

Qui uero semel præsentati ex admissi fuerint, ut cer-
to loco hoc ministerio fungantur, non debebunt
temere seu præter nostrum assensum a susce-

CONCILIUM PROVIN. COLON.

pto munere retrahi. Nam frequentem personarum mutationem periculosam putamus, ut interim fileamus saepe minus idoneum in idonei locum surrogari.

Qui nulla legitima auctoritate innixi se verbi ministerio ingerunt, viti seditionis comprimendi. Cap. xiiii.

Extra ordinarios parochos, illorumque legitimos cooperarios, nemo deinceps, neque fugituum occupet, neque conuenticulas, vel in priuatis domibus vel vicis faciat, aut ex Concl. Antio. cap. 5 quoniam tandem modo usurpet. Quod si quis secus agere presumperit, et inobediens perturbare ecclesiam dei (quae foris est) perseverauerit, huc tanquam seditionis corripi oporteat.

Prohibentur omnes apostatae monachi ignoti ac peregrini spermologi. Cap. xv.

Quamobrem prohibemus omnes apostatas monachos ignotos. Item istos ac peregrinos spermologos, quos cum neque doctrina neque vita nulli perfecta esse, eritque proinde curae ciuilibus magistratibus ac praefidibus, ut de his inquirant diligenter et quos nos proscriptimus, eos illi cum receptatoribus ipsorum doli male consciis excedere prouincia compellant. Nisi quid severius culpa horum praevaricatorum in ipsis statuere postulauerit, iam ut inueniatur quispiam (quod absit) qui aliter quam legitime parochiam occupaverit, hunc abiucci statim oportet, quantumvis plebs, quam corrupit; eum retinere contendat.

De Terminariis quatenus admittendi. Cap. xvi.

Exordine mendicantium, qui oppidatim soli commorantur, quos Terminarios appellamus, vitam interducentem monachismo plurimum dissimilem cognovimus, proinde multis esse inusitatum, hos potius, quam officio predicas-

tionis statim illis diebus perfundi essent eleemosynas q̄ colę legiſſent, statim ad monasteria sua regredi, ibidemq̄ quieti operā dare, atq̄ obſeruare ieumia, & orationes iuxta ordinis ſci institutū malum, quām vitā cōmūnē, ne dicamus li- centiosam, inter ciuā turmas ducere. Vbi tamē monaſteria ab oppidis aut vicis tam longe diſſita fuerint, ut vnius diei itinere repeti non poſſint, nolumus Terminarios iſtos, hac lege teneri, modo tamen uiri graues & annos, vitæ quoq; ex omni parte integrę ac ſane doctrinæ comperti fuerint, ac id etiā viſitatiōe potius quām cōſtitutionibus cauebitur.

Privilegiis fratrum nibil derogatur. Cap. xvii.

Nolumus autē p̄ p̄dicta, priuilegiis, ordinibus, fratru mēdicantū rite & legitime cōcessis, præiudicare. Monachorum ecclesiæ per ſeculares (vt vocant) preſbyteros gubernandæ. Cap. xviii.

Eadem ratione decens eſt, ut monachi qui parochiales ecclesiæ, cura animarum apud ipſum monaſterium, non personam reliqua, incorporatas (vt vocant) monaſte- rū ſuīs habent, non per religiosos (quos in monaſteriis per petuam vitam agere conuenit) ſed per Vicarios preſbyte ros ſeculares (modo haberi poſſint) ad eundem modum quē ſupra diximus, examinandos admittendos q; gubernari pro current. quibus etiam de ecclesiæ prouentibus tantum affi gnare obligati erunt, unde & iuſtæ episcopalia perſoluere, & congruam fuſtentationem habere poſſint, quod vt fiat, nobis curæ erit. Non tamen tam duri erimus, quo minus interdū viros monaſticos, quos singulari vitæ exemplo & doctrinę ſalutaris diſseminatiōe inſignes. cōperiemus, apud ecclesiæ parochiales rebetur & confirmaturi ſumus.

Cap. de mo-
nachis de
preben. c. 1.
de capo. mo-
na.

DE VITA AC MORIBVS PAROꝝ

chorum.

Cap. I.



Vanquam de vita ac moribus Clericoꝝ supra dixerimus, uidetur tamen hic locus postulare, ut speciatim aliquid de conuersatione ac moribus parochorum dicamus, quod horum vita ex officio diuo Paulo præcipue curae fuerint, adeo ut his recte se habentibus, de reliquis non admodum magnam solitudinem habuisse videatur. Nec immerito res enim ipsa declarat, ac præsa secula meminerunt, quam trāquilla, quam florens quam fructificans, quam deniqꝝ felix ecclesia fuerit, dum talibus esset parochis insignis, qui euangelicis apostolicisqꝝ institutis, sanctorumqꝝ patrum regulis additti, nō tantum uocabulo, sed ex facto prestatabant quod dicebantur. Contra vero, in quantos aestus, tempestates, procellas, ac pericula, ob eosdem sensim in diversum mutatos ac uaricātes ecclesiæ navicula misere conjecta sit, nos sentimus. Ex quibus rursus emergere, quum certo certius non possumus, nisi nos (quibus gregem sciam Christus pascendum commisit) vias domini rectas, à quibus varicando excidimus, in ambulare pergamus. Quid tandem aliud consilii capiendum apbis, quam ut singuli, quales esse debemus, tales ex simis, atqꝝ hoc insigne Christi uerbum, quod hinc discedens, Petro ouiculas suas committens, post tertiam demum dilectionis stipulationem promissionemqꝝ, ut ultimum elogium ac memoriale, fidelissime, diligentissime meqꝝ inculcat, ex mente ex opere teneamus, quod est: Pasce agnos meos. Id fecerimus, si gregem Christi post

Christum vnicē diligamus, atq; eundem tam verbi doctrinā, q̄ operis exemplo pascamus, diuinorumq; sacramentorum dispensationem tueamur, defendamusque.

Vita ut doctrinæ in parocho conueniat, nez

cessarium. Cap. II.

Vbique ferme cum de parochis sermo incidit, sc̄ritura uitam doctrinæ copulat. Nimirum q̄ qui vicem agit doctrinæ contrariam, plus exemplo destruit quam edificet uerbo. Oportet enim & fieri sermonem non tantum dici, alioqui competit in parochium quod Seneca Plactoni obiectum fuisse refert: Aliter loqueris, aliter viuis. Et quod Christus phariseis imputat: Dicunt enim & non faciunt, Alligant onera importabilia in humeros vestros, di

Matth. 23.

Gene. 27.

1. Pet. 2.

A&c. 10. 1

Luc. 24.

Matth. 5

gito autem suo nolunt ea mouere. Apponatur ergo manus ori necessē est, ne sit uox quidem, uox Iacob, manus autem Esau. Porro uox operum fortius sonat quam verborum, Intendus nobis pastorum princeps est, cuius tota uita sua doctrina est, Qui cœpit primum facere, post docere. Siquidē, potens opere & sermone, Qui discipulos Iohannis de aduentu Messiae rogantes, ad opera remisit, dicens: Ite, dicite Iohanni quæ vidistis & audistis, qui denique non solum uocat uies suas nominatim, sed & uadit ante eas. Et eum tantum qui sic docuerit & fecerit, magnum in regno cœlorum fore pollicetur.

Pastorem gregis exemplum esse oportere. Cap. iii.

Quare beatissimus Paulus ecclesiæ ministerum insitum turus: Exemplum (inquit) esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Itidē ad Titum. ii. In omnibus te ipsum præbet exemplum honorū

1. Tim. 1. 2.

Ad Tit. 2.

CONCILIUM PROVIN. COLON.

operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sacrum, irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Sal enim terrae et lux mundi, predictor Euangelii dicitur, et lucerna super candelabrum posita, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic, ut uideant homines opera illius bona, et glorificant patrem, qui in caelis est. Quod si sal infatuatum fuerit, in quo saltetur: ad nihil enim ualeat ultra, nisi ut proiiciatur foras et conculceretur ab hominibus. Apostolus itaque hoc praecipuum commendat Timotheo, ut militet bonam militiam, habens non tantum fidem, sed et bonam conscientiam, quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus tum erant Hymenaeus et Alexander, quos tradidit Sathan, ut discant non blasphemare. Interea vero ex eodem numero omnes heretici fuere.

Vitanda parocho in primis auaritia. Cap. iii.

IAm, que clericis vitanda erunt, supra diximus. Ea ipsa potissimum Paulus a longissime a parochis esse vult, et quae illis opposita sunt, in ipsis quam maxime elucidere. Primum scilicet, ut abstineant ab omni auaritia. Hospitales enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes, sed animas venantes, non auri, sed hominum pescatores. Alioqui ex pastribus fient mercenarii, et vertentur in lupos, audientque dominum per Ezechielem exprobrarem: Lac comedebatis et lanis operiebamini, quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non consolidaflis, et quod ægrotum erat non sanans, quod confractum est non alligans, et quod abiectum est non reduxi- flis, et quod perierat non quæfisis, sed cum austerritate imp- perabatis.

math. 5.

1. Timo.

1. Timo.

Tit.

Math. 4.

Ezech. 34.

peralatis eis et cum potentia, Et cetera que sequuntur, qui enim uolunt diuites fieri, incident in temptationem et in laqueum diaboli, et desideria multa, inutilia et nocua, que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix quippe omnium malorum, est cupiditas, quam quidem appetentes, errauerunt a fide et inferuerunt se doloribus multis. Tu vero o homo Dei, haec fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, et mansuetudinem.

Parochi familiam irreprehensibilem esse
debere. Cap. v.

Nterim erit domui sue bene præpositus, ut non tantum ipse, sed et sua familia irreprehensibilem uitam agat. Qui enim domui sue præesse nescit, quomodo ecclesie Dei diligentiam habebit? Oportet autem illum et testimonium habere ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et in laqueum diaboli. I. ad Timothaeum. iii.

Parochi luxus omnino cauendus. Cap. vi.

Dinde procul absint parochi ab omni luxu. Sobrium enim uult parochum esse Paulus, nec multo uino digestum, ac vino potius ad necessitatem q[uod] ad uoluptate uenter, quemadmodum ipse Timotheo præcipit, ne aquam ad buce bibat, sed modico uino uatur propter stomachum suum et frequentes infirmitates. Nesciat ergo parochi domus commissiones crapulosis, execretur comportiones illas ad regulares haustus obligatorias. Sit procul a symbolorum (ne uocant) dationibus. Turpissimum putet, nisi causa necessitatis, intrare tabernam, quasi domum non habeat ad edendum et bibendum. Breuiter, uitet omnia que pastoralem autoritatem aut dedecorant aut imminuunt.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Pudicitia seruanda parocho. Cap. vii.

Destinetur quoq; omnem libidinem. Nam oportet pa-
rochum esse pudicum.i. Timoth.iii. Et se præbere
exemplum in castitate.i. Timoth.iiii. Ne in eum uere dia-
catur: Qui alium doces, teipsum non doces, qui præ-
dicas, non furandum, furaris. qui dicas, non moechara-
dum, moecharis. qui in lege gloriaris, per prævarica-
tionem legis Deum inhonoras, per quod blasphematur
nomen Dei inter gentes. Quo enim uultu fornicarios
cælo excludet cum Paulo, qui huic uolutabro coeni ipse
immersus est? An existimas (inquit ipse Paulus) o homo
omnis qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia
tu effugies iudicium Dei? In quo enim iudicas alterum,
teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Sci-
mus quippe, quia iudicium Dei est secundum ueritatem
in eos qui talia agunt.

Quæ fugienda et quæ settienda paro-
cho. Cap. viii.

Deniq; Paulus ad Timothæum: Iuuenilia (inquit)
desideria fuge, settare vero iustitiam, fidem, spem,
et charitatem, et pacem cum his qui inuocant dominum
de corde puro. Labora sicut bonus miles Christi. Ne
mo enim militans Deo, implicat se negotiis secularibus,
et quæ sequuntur. In summa, solicite cura teipsum pro-
babilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem recte tra-
stantem uerbum ueritatis.ii. Timoth.ii.


1.Timo.3
1.Timo.4
Rom.2

1.Corint.6
Ephe.5
Gala.5
Roma.2

2.Timo.2

DE DISSEMINATIONE

verbi. Cap. I.



O C Ministerium sanctissimum Apostolorum
ceteris omnibus longe præfert. Vnde et
Corinthiis scribēs, ait. Nō misit me Christus
baptizare, sed euāgeliūare, cui en-
ceteri apostoli, aspulatur, quū inquiūta

1.corint. 1

Non est requū nos relinquere uerbū, et ministrare mensis.
Quinimo et Christus aliis anteponit: Euntes (inquiens) in
mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creature,

Acto. 6

ac docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris,
et filii, et spiritus sancti, docente eos seruare omnia quæ
dung mandauit uobis. quamobrem Paulus Timothæum suū
excitans, ait: Attende lectioni, attende exhortationi et do-
ctrinæ, noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data esb
tibi per prophetiam cum impositione manuum præbystea
rū. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus
fir omnibus. Attende tibi et doctrinæ, instia in illis, hoc enim
faciens, et te ipsum saluum facies et eos qui te audiunt. Et
iterum: Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac Euana-
gelistæ, prædicta uerbum, instia, opportune, importune, min-
isterium tuum imple.

1.Timo. 4

2.Timo. 4

Quid parocho meditandum. Cap. II.

Meditabitur parochus quid ipsi dominus per Eze-
chielem cap. iii. xxxiii; ac. xxxiv. præceperit, para-
bolaq; speculatoris menti infigenda est: Speculatorem (in-
quit) dedi te, domui Israel. Quod si speculator viderit gla-
diū uenientem, et non insonuerit buccina, et populus se
nō custodierit, ueneritq; gladius, et tulerit de eis animā, ille

Ezech. 3
33.34

CONCILIVM PROVIN. COLON.

quidem in iniuitate sua captus est, sanguinem autem eius
de manu speculatoris requiram. Parochi siquidem sunt,
quibus potissimum dictum est: Fratres si quis ex uobis erras-
serit à ueritate, et conuerterit quis eum, scire debet, quo-
niam qui conuerti fecerit peccatorē ab errore uiæ suæ, sal-
uabit animam eius à morte. Dura est uinis illi prophetæ la-
mentatio: Paruuli petierūt panem, et nemo dabant eis. Pas-
sio ergo fame morientē: si non paueris, occidis filii. At homo
ex duabus partibus constat, ex carne scilicet et spiritu. Du-
plici ergo cibo opus est. Nam ut scriptura ait: Non in solo
pane uinit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore
Dei. Cibus exterior carnem tantū mortalem reficit, et ina-
trans per os, in uentrem uadit, et in secessum emittitur, Pa-
nis autem spiritus tam per uerbum prædicationis, quam sa-
cerdotaliter in ueritate corporis et sanguinis dominici,
in viua fide comes sus, uinificat, reficit, ac vegetat animam,
qui non perit, sed permanet in uitam æternam, et huc qui
ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes pii sciunt
ac sentiunt, Viuuus enim sermo Dei est, et efficax, et pene
tratior quouis gladio ancipi, ac pertingens usq; ad diuisiō-
nem animæ et spiritus, compagumq; et medullarum.

Fidelitas in primis in parocco requiritur. Cap. iii.

Ilc iam inter huius cœlestis panis dispensatores quæ-
ritur, ut fidelis quis inueniatur. Fidelis, inquam, ser-
uus et prudens, quem constituit dominus super familiam
suam, ut det illis escam in tempore. Beatus ille seruus,
quem, quem uenerit dominus eius, inuenierit sic facientem.
Si secus, ueniet dominus seruus illius, in die quo non spes-
sus, et hora quam ignorat, et diuidet eum, partemq; eius

ponet cum hypocritis, ubi erit fletus et stridor dentium.

Quis sit fidelis uerbi dispensator. Cap. iiiii.

TIS autem fidelis est dispensator, (attestante diuinissimo
Ioanne) cuius scopus unicus ille Christus est, ex cuius
spiritus confiteretur Christum in carne uenisse: id est, ut diuus
Paulus interpretatur, qui docet apparuisse gratiam Dei et
Saluatoris nostri omnibus hominibus ad erudiendum nos,
ut abnegantes omnem impietatem et secularia desideria,
sobrie, iuste, et pie uiuamus in hoc seculo, expectantes bea-
tam spem et aduentum glorie magni Dei et Saluatoris
nostris Iesu Christi. qui, inquam, docet eundem Christum Ie-
sum dominum nostrum hominem factum, ut daret semetip-
sum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniuitate, et mu-
daret fibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum
operum. quibus uerbis sanctus Paulus duas in Christo na-
turam uerbi scilicet ex carnis indissolubili vinculo coheren-
tes, et utriusq; natura rationem complectitur, Verbi, qua-
tenus erudit nos, docens quae sit voluntas patris, quam fas-
cientibus demunitat premium, præuaricantibus uero poenam
eternam. Carnis uero, quatenus datus et immolatus est pro
nobis in ara crucis. Agnus immaculatus et uictima tollens
peccata mundi, nobis relinquens exemplum, ut sequamur
uestigia eius, et eadem cogitatione armemur, quia qui pas-
sus est in carne, desuit a peccatis, ut iam non desideriis ho-
minum, sed uoluntate Dei, quod reliquum est in carne tem-
poris uiuamus. Omnis autem spiritus qui soluit Iesum, ex
Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis: quo-
nam uenit, et iam in mundo est.

Omnis scriptura ad geminam charitate exigendas. Ca. v.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Is item fidus est minister uerbi, qui omnem scripturam ad christianam exigit charitatem. Charitas enim christiana consumat quemadmodum apud diuum Paulum legimus. Finis praecepti est charitas de corde puro, conscientia bona et fide non facta. Et est potissimum illud indicium, quo christiani esse comprobamur. In hoc (ait Christus) cognoscet omnes quod discipuli mei esatis, si dilectionem habueritis adiuicem. Vnde beatus Augustinus in libris de doctrina christiana breuissimam methodum ad peruestigandas, intelligendasque scripturas monstrare uolens. Quisquis (inquit) scripturas diuinas uel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut in illo intellectu non edificet gemitum charitatem Dei et proximi, sed nondum intellexit, quod legis ac scripturarum summa, finis ac plenitudo, sit dilectionis, que duobus mandatis comprehenditur. Nempe: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente, ex tota uirtute tua, et diliges proximum tuum sicut teipsum. Et, quemadmodum uultis ut faciant uobis homines, ita et uos facite illis. In his duobus mandatis universaliter pendet et prophetae. Quicunque ergo ad hanc amissim doctrinam suam attemperat, is nunquam potest pernitiose errare.

Summa euangelicæ prædicationis. Cap. vi.

Ezechiel uero propheta summam sue prædicationis dominum enarrantem facit, hisce penè uerbis: Vnu ego dicit dominus, Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, impius et uiuat, In iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit, et impietas impium non nocebit ei, in quaunque die conuersus fuerit ab impietate sua, quare qui egerit

penitentiam a peccato suo; feceritq; iudicium & iuslitiā
 & in mandatis uite ambulauerit, nec fecerit quicquam inde
 sicut, uita uiuet & non morietur, quod Christus breuius cō-
 plexus est. Poenitentiā (inquit) agite, appropinquabit enim ^{Math. 5}
 regnum cælorum. Sed de his aliis locupletius. Suffecerit hic
 vicungs indicasse scopum.

Parocho cautissima sollicitudine in prædicattione
 verbi utendum. Cap. vii.

Quo autem sollicitius parochus prouinciam, cui aēmo-
 tus est gubernare satagit, haud existimabit se alicui
 leui muneri, sed omnium grauiſſimo ac difficultimo
 præfectum, tantæ nimirum difficultatis, ut uerbi prædicato-
 rem vndequaq; absolutum, uix vnu e millibus reperias. Non
 idem est ouium palatum, magna in pascendis uarietas, quod
 vnam ouiculam nutrit, alteram macerat aut mactat. Culpa-
 uerit aliquis auaros, prodigus hinc argumentum prodigas-
 litatis sua colliget. Culpauerit prodigos, auarus inde tende-
 citatis sua excusationem articipet. Ea eti hominum malitia,
 ut nedium alia, sed & sanctissimum Dei uerbum pro suis
 quisq; affectibus ac ad sua desideria confouenda potius q;
 eradicanda trahat. Videmus prob dolor, quemadmodum
 hac tempeſtate pleriq; sueras literas in parabolam ac pro-
 uerbum uertant, atq; ad excusandas excusationes in pecca-
 tis summa uiatq; impudentia torquent, adulterantes uer-
 bum Dei. Quare parochus cautissima sollicitudine agere des-
 bet, per gladium Dei, secantem a desirs & simbris, ut me-
 dium iter patet ad incedendum per hiam reglam man-
 datorum Dei.

quemadmodum seruo tempeſtandus. Cap. viii.

CONCIL. PROVIN. COLON.

A temperandus sermo quoad eius fieri potest pro ~~an~~
ditorum captu. Alii siquidem acri ingenio ac iudicio
sunt, alii hebetes animo ac rudi Minerua prædicti, quidam
attenti, quidam vero desides, hi recte ac sincere instituti, il
li seducti ac decepti, Discretione ergo maxima opus est. Bre
uiter, Nemo erit concionator absolutus, cui prater uitam
exemplarem non adhuc omnia quæ sequuntur: nempe, cogni
tio scripturarum verius q̄ testamēti, ingenium uelox, solers,
atq; versatile, eloquentia uebemens, suadibilis & suavis,
neq; interim minus temperata quam copiosa, prudentia re
rum ac personarum docendarum, experientia multiplex, im
mobilis constantia. Deniq; spiritus, qui si deerit, reliquis do-

Mateb. 10 nis parum profecerit. Non enim vos estis qui loquimini, sed
spiritus patris vestri qui loquitur in uobis. Quomodo enim
ad ceterarum rerum desideria alios accendet, qui ipse totus

Luc. 11 languet ac friget: nōdum spiritu concepto, qui ex Deo est,
quem & ipse Deus dat bonum potentibus se. En quam are
dum est concionandi nimus? Nec tamen propterea diffi
cile (quæ plerūq; multos auertit) deferendum. Ad euang
elizandum missi sunt parochi. Vae ergo illis, si non euange
lizauerint. Si quis autem eorum sapientia indiget, scrutetur
scripturas & posulet à Deo, qui dat omnibus affluenter et
non improperat, & dabitur ei.

quid cauendum inter concionandum. **Cap. ix.**

Cuebit autem modis omnibus, ne lubricus in docen
do sit, huc illicq; effluens. Et in primis, ne uento dor
etinarum ab ecclesia catholica non receptarum, ueluti nu
bes sine aqua circumferatur, sed formā habebit sanctorum ver
borum ab ecclesiis (quæ columna ueritatis est) inslito nibil

discrepantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quæ decent sanam doctrinam, uerbum sanū, et irreprobenſibile. Ad Tit. 2.

Nihil aut̄ fabulofum aut ſuſſeculum adferendū. Cap. x.

TNeptas autem et aniles fabulas deuitabit, qualia nuper erant, quæ ex nullis probatis authoribus, ſed potius ſuſſe etiſſimis obſcurorum hominum cōmentis adferebātur exempla, Olim uero genealogiae interminatae, quicd ad pietatem illa nihil fecerint. Exercebit autem ſeipſum ad pietatē, quod corporalis exercitatio ad modicum utilis fit. Pietas autem ad omnia uilis, promiſſionem habens uitæ, que nunc eſt et fuuerit. i. ad Timoth. iii.

Loquacitas uitanda. Cap. xi.

Nequi minus exitabit prophana et uaniloquia, hoc eſt, futilem, et inanem loquacitatem, qua nonnulli ridiculationibus humanis falſam ſcientię opinionem ſibi uenantur. Sic enim ſuum compellat Timotheum Paulus: Quid Timothee, depositum ſerua, deuitans prophetas vocum nouitates et oppositiones falſi nominis ſcietie, quam quidam promitterentes circa fidem exciderunt.

Quemadmodum parochum aduersus hereticos prouignare oporteat. Cap. xiii.

Paratos nos eſſe vult Apostolus Petrus ad ſatisfactio- 1. Pet. 3
nem omni poſcēti nos rationem de ea quæ in nobis eſt ſpe et fide, ſed cum modestia et timore. Neq; ergo doceat, neq; intendat his parochus, que quſtiones magis praſtant quam pditionem, que eſt ex charitate. i. Timoth. i. Et ite rati. ii. Timoth. ii. et. iii. Paulus ait: Stultas et sine disciplina quſtiones et pugnas legis refue, ſciens quia generant litigias. Seruum autem domini non oportet litigare. Proindeq;

1. Timoth.

2. Timo. 2

Tit. 3

1. Timo. 4

1. Timo. 5

1. Timo. 1

2. Timo. 2

2. 3

CONCIL. PROVIN. COLON.

vbi, cum hæreticis res est, corripiet quidem eos tū modestia qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis paenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant, à diaboli laqueis, à quo tenentur captivi ad ipsius uoluntatem. Quod si non proficerit, hæreticum hominem post unā, et secundam correptionem, deuicit, scīs quia subuersus est quia eiusmodi est et delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus.

Titum. 3

2. Timot. 2

1. Corinti. 5

Nequaquam autem ad populum verbis contendat, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersiōnē audiētium. Memor apostolici sermonis, quo reūciuntur omnes, qui scissuram quœ runt. Si quis enim vult contentiosus esse, nos talem confuetudinem non habemus, neq; ecclesia Dei.

A scommatis et coniūtiis abſlinendum. Cap. xiii.

INter concionandum ergo a sc̄c matis, maledictis, ac coniūtiis omnino abſliendum est. Prædicetur pure ac synacere Dei uerbum, iuxta ecclesiasticam traditionem, et patrum ab ecclesia catholica approbatorum interpretationē. Quœ vero in contentionem uel disceptationē revocari possunt, penitus fileantur, quemadmodū quoq; pragmatica Augusten. sanctione cautum est.

In contentiosis dogmatibus quomodo docendus

populus sapere. Cap. xivii.

IN controuersiis autem et contentiosis, obscurisq; dogmatibus que sacris voluminibus uel uniuersali ecclæ consensu expressum decisum non sunt, populus (priuatim maxime cum exhortatione se purgat, modo grauitam conscientiam in hoc habeat) ita docēdus est sapere, atq; hac cautione profiteri de his se credere, sicut credit ecclesia. Hor enim tuus, q; affuerare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

*Qualem oportet esse parochum in reprehens
dendis criminibus. Cap. xv.*

Fuit quoque parochus in reprehendendis criminibus ve
hemēs atq; acer. Constitutus est enim ut annuntiet po
pulo scelera eorū, sic tamen, ut in suggesto vitia tantū re
prehendat, nō personas nominatim perstringat. Argue (inquit
Apostolus) increpa, oscula in omni patientia et doctrina.
Vbi persona arguenda, denuntiatione euangelica uten
dum. Si peccauerit in te frater tuus, (inquit Christus) uade
et correpe eū inter te et ipsum solum. Quod si te audierit
lucratus eris fratrem tuum, quod si te nō audierit, adhibe
tecum adhuc unū aut duos, ut in ore duorum vel trium testim
flet oratione verbum. Quod si eos nō audierit, dic ecclesię, q; si
ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.
Sic Paulus Corinthiū respicere nolentem excōmunicauit.
Et hinc iterum Christi doctrina et exemplum sequendum, ut
benevolentia severitatem uincat, ut paratus sit parochus
dimittere peccanti non modo septies, sed et septuagies se
pties. Et cum Christo paratior sit ad absoluendum adul
teram; ad frugem melioris uite revertentem, q; ad condē
nandum. quemadmodum Paulus quoq; in gratiam recepit
Corinthium illum pacientem.

Manifesta reprehensio vtriusq; potestatis vitanda. Cu. xvi.

Vitanda quoque manifesta reprehensio vtriusq; potes
tatis, tam ecclesiastice q; civilis. Neq; inuehendum
in ordinem aliquem aut aliquid ab ecclesia receptum ui
nendi genus. Omnis enim potestas a Deo est, et proptez
rea etenac honoranda, non incessenda. Sequēda praecurso
ri dñici doctrina et exemplū, qui nemilites quidē a se res

1. Timo. 4.
Matth. 18.

1. Corin. 5.

Matth. 18.
Iohann. 8

Roma. 13.

Luce. 3

CONCILIVM PROVIN.COLON.

pulit aut villa contumelia afficit, sed magis viam recte vis
uendi ostendit. Per eiusmodi enim incautam reprehensio
nem plebs ad seditionem magis ac rebellionem incitatur.
Pet. 2 Hanc, murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia,
et detractionis libido comitantur, quin potius docendus
populus est obedire magistratibus, parere praepositis suis,
etiam discolis, ac interim admonendus est, ut sint magistra
tus interdum uitiosi, id euenire, q̄ dominus regnare faciat
Job. 2 malos et h̄y pocritas, propter peccata populi. Omnem ani
Prover. 28 mam potestia iib⁹ sublimioribus subditam esse, Quodq; om
Esaic. 3 nis potestas a deo sit, quod deniq;, qui potestati resistit,
Roma. 13 Dei ordinationi resistat, Nisi tamē potestas expressim prae
cipiat, quod est contra mandatum Dei, tum enim oportet
Acto. 5. plus obedire Deo q̄ hominibus.

quomodo corripiendi magistratus. Cap. xvii.

Marti. 6 **T**N corripiendis vero magistratibus, correctioni quoque
fratern⁹ locus est, quemadmodum Iohannes repreben-
dit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Iohannes He-
rodi (non populo:) Non licet tibi habere vxorē fratri⁹ tu⁹:
qua si nihil promoueas, posuanda et expectanda prome-
sto prælatorū ac maiorum magistratum est, qui si dissimu-
lent, etiam consultum magis, vt vltio remittatur ad Deum,
quam vt tantum scandalum inde deterius subsequatur.

Admonendus populus, ut oret pro magistras
tibus. Cap. xviii.

Est autem populus frequenter in concionibus, post con-
ciones vero semper diligentissime commonendus, ut
Deum Opti. Max. pro potestatibus deprecetur. Volo (in-
quit gentium magister Paulus) ut fiant omnium primum:

obsecrationes, orationes, posseulationes, gratiarum actiones
pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sub
limitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam
agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est
& acceptum coram salvatore nostro deo, qui omnes homin-
es vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Notantur qui secus docent. Cap. xix.

Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus
domini nostri Iesu Christi & ei, quae secundum pietatem
est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens cir-
ca quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur in-
vidiae, contentiones, blasphemiae, suspitiones malorum, confictio-
nes hominum corruptorum, & qui à veritate priuati sunt,
existimantium quæsum esse pietatem.

Summa doctrinæ Christianæ in Enchiridion
contrahenda. Cap. xx.

Porro secundum euangelicam atq; apostolicā doctrinam (quibus decreta patrum ac Conciliorum, deniq; pragmatica sanctio Augustana merito accedunt) in ecclesia Dei sola canonica scriptura ac diuina eloquia secundū ecclesiasticam interpretationem sanctorum patrum ac doctorum, & recitari, & prædicari debeat, non abs re videbitur parochis summam Bibliorū paucissimis præscribere, ne alicubi, dum scripturæ metas nesciunt, impingant.

Enchiridion quæ docebit. Cap. xxi.

Et cum præcipue ipsis incumbat, ut plebem erudiant in præceptis decalogi, articulis fidei, qui symbolo apostolico recensentur ac ecclesiæ sacramentis simul cum explicatione orationis dominicæ. (Hic est enim inchoationis

Ex Conci.
A. tri.
Pr. B. Augu-
stiana.

CONCIEIVM PROVIN. COLON^E
Christi sermo quo iacitfundamentum, ab operibus mortis
tuis & fidei in Deum) idcirco ut imperitoribus consulatur,
quoddam Enchiridion dabimus, in quo brevissime hæc
omnia secundū sanam & ecclesiasticam doctrinam expos-
tentur, sicut & loci quidam communes ad omnes omnium
hominum ætates ac ordines cōmonitorii inferentur. Venient
ratio quoque sanctorum ac reliquiarum, Denique quatenus ima-
gnibus ac picturis viendum, docebitur. Nec interim quid
sibi ecclesiasticæ ceremoniæ, præsertim illæ pioe ac antis
quissimæ velint & quo conducant, in eodem libello declaras-
rare omittemus, idque succinctissime.

Ordo concionandi quem simpliciores ses-
quentur. Cap. xxiii.

Aug. de dos
etri. Chri. li.
4. c. 30.

Simpliciores ac minus erudití concionatores, festis quis-
busque diebus concione in nomine sanctissimæ trinitatis
cum imprecatione gratiæ Dei (nempe ut dñs suum spiritum
verbo addere dignetur) copta, initio ambas lectiones, quæ
Epistola ac Euangeliū missæ eius diei appellatur, ad verbū
denarrabunt. Deinde post imploratā diuini numinis clemē-
tiam, regrediātur ad vtriusque lectionis brevē dilucidationē,
locos aliquot cōmunes ex vtraque deligētes, quibus populus
ad vitæ pietatē charitatemque Dei ac proximi inflāmetur.
Denuntiabit quoque, quid ecclesia Dei eo die potissimū Deum
oret ac precetur. Quod in p̄cationibus seu collectis, quæ post
canticū Kyrieleysis, aut Gloria in excelsis dicuntur, conti-
netur, ac hortabitur populum, ut idem pariter interea dum
sacra aguntur, deum oret, si non verbotenus, mente tamen.

Sanctorum historiæ quatenus attingen-
dæ. Cap. xxiii.

Sanctorum historiis ne nimis diu immorentur, quin postea pars (ut iam diximus) Euangelio detur. Et Epistolæ explicandis, quod si fabulosa videbitur historia, ne attinet quidem, si verisimilis, leniter, eaq; decerpatur quæ imitanda videantur. Miracula quoq; ne impudentius iactentur, nisi quæ scripturis prodita, aut à non leuibus scriptoribus summa cum historicæ fide tradita fuerint.

Allegoriæ quomodo explicandæ. Cap. xxiiii.

Si quas allegorias aut sensus scripturæ reconditiores, spiritualia spiritualibus conferentes adferre velint has ex receptis ecclesiæ doctoribus,ueluti Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, ac similibus comprobatis authoribus, defūnt.

quomodo finienda concio. Cap. xxv.

Vbi ad calcem concionis deuentum erit, breui epilogo, quod argumentum ac capita totius concionis resumaret, vtatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoremiam auditorum plurimum fecerit.

quid recitandum finita concione. Cap. xxvi.

Debet quoq; finita cōcione, decalogus, ac symbolū fidei et succinte et exerte recitari. Illa quoq; ex eulogesis ac publica peccatorū confessio cum imploratione misericordiæ Dei, pure ac distincte pronuntiari ac moneri, populus, ut eisdē verbis sacerdotē pronuntiantē subsequatur, ac deinde recenseri rōsolatoria imprecatio remissionis peccatorū, ut populus deiektio, cōtrito, humiliato animo ac toto corde cū psbytero accingatur ac mysteriū redēptionis suū (qđ ī altari tractatur) cōtemplādū, fructūq; dñicę passiōis, q; ī altaris mysterio cōmemoratur, rep̄sentaturq; p̄cipiādū,

CONCILIVM PROVIN. COLON.

quomodo finita concione populus excitandus ad
orandum pro defunctis. Cap. xxvii.

Cum multum plerunque temporis, parvo cum fructu
teratur in recensendis singulatim defunctorum nos-
minibus, ubi viritum pro quolibet exigitur una oratio dos-
minica, idq; interdum nō citra suspensionem vel quæstus vel
ambitionis fiat. Nobis potius videbitur, ut populus ad com-
munem pro defunctis orationem pie ac devote dicendam
accendatur, et hæ genealogiae intermittatur. Super qua re-
tamen, quod ad morem ciuitatis nostræ Colonien. attinet,
et cum parochiis et cū senatu latius agere non omitteremus.

DE ADMINISTRATIONE SA- CRAEMENTORUM. Cap. I.



Cœlestiæ catholicæ usus septem mys-
teria (quæ sacramenta appellantur) ob-
seruat, veluti septem quedam parata
remedias; per quæ deo visum est pec-
catis nostris mederi ac nobis gratiæ
sue salutaris medicinam (diuersa tamen
ratione) infundere. Quæ sunt, baptismus, confirmatio, eucha-
ristia, paenitentia, extrema unctio, ordinis, et matrimonium.
Quæ cur à Christo et ecclesia instituta sint, et a veteris
bus sacramenta peculiariter appellata, deinde quæ illorum
sit per gratiam Dei efficacia et virtus, nunc non est dis-
tendi locus. Tantum admonebimus in præsentia paro-
chum, quæ illum circa dispensationem singulorum obser-
vare conueniat.

*Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet sacra-
menti exhibitione.* Cap. ii.

Qvia igitur in sacramentis aliud uidetur atq; aliud agitur, instruendus est populus in cuiuslibet exhibi-
tione, quid in eiusmodi religioso arcano, (id enim
sacramentum sonat) agatur. Cum enim in sacramentis istis
per signa quædam sensibilia infundatur insensibilis gra-
tia, congruens externis signis excitanda est fidelium fides,
et deuotio in Deum, ut credentes ac diuinum mysterium in-
telligentes ad Dei ac salvatoris nostri Iesu Christi particio-
pandam gratiam accedant. Quod fieri, cum parochus sub
administrationem cuiuslibet sacramenti, sacra cōcione po-
pulum breuiter admonuerit quid in ea re agatur.

Quid agatur in baptismo. Cap. iii.

Et ut de sacro baptismo exordium capiamus, docen-
dus est populus, q; illic aboleatur uetus homo, remisso
omni peccato, atq; nouus exoriatur ab omni labe purgatus
per fidē in Christum, q; illic qui baptizatur, lauetur lauas
ero regenerationis et renouationis spiritus sancti in san-
guine Christi pro nobis effuso, q; illic veterem Adam exuis-
mus ac uicissim Christum induimus, conseptuli cum illo per
baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mor-
tuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitæ ambus
lemus, quemadmodum hæc Enchiridion latius edocebit.

Cuius sint admonendi susceptores infantis. Ca. ivii.

Susceptores infantis (patrini qui dicuntur) merito ad-
monentur, q; ipsi sint, qui ecclesie nomine, et in ecclæ
fide Christo paruulos offerant per baptismū, ac se pros-
pectum pro paruulis fideiussores constituant, nomine

*Ave. in lib.
de d. Chr.*

Gala. 5

*Tit. 3
Roma. 6.*

*c. uos anee
omnia, de
cōjē, aijt. &*

CONCILIVM PROVIN. COLON.

parvuli respondentes, quem etiam postquam adoleuerit, symbolum simul & orationem dominicam edocere, atq; uitam Christo ac professione in baptismo facta digna perpetuo agere, saltem ubi id necessitas poscere videbitur, coegeri hortari non omittent, proindeq; malumus illos deligi prouerbiæ ætatis q; impuberis, ne videatur infans infantem offerre ac sponsorem se Deo pro alio constituere, qui quod promittit, non intelligat, ideoq; multo minus quod non intelligit, docere queat.

Populus docendus, quid uelint extrema signa. Ca. v.

Präterea decebunt populum, quid sit, q; cathechiza tur baptizandus, quid reliqua solemnia, quæ ecclesia adhiberi voluit, signent, uidelicet, Cur insuffletur in facie baptizandi, cur signum crucis & in pectore & in fronte fiat, cur sal in os detur, cur aures & nares sputo attingantur, linianturq; cur inunctio in pectore & scapulis fiat, & cur post baptismi tinctio in uertice. Deniq; quid signis sicut amictus albus, quo infans seu aliis baptizatus supers induitur, que omnia sunt mysteriorum plena, quemadmodum Enchiridion declarabit.

quomodo accedendum ad baptismum. Ca. vi.

1. Cor. 14.

Cum beatissimus Apostolus in ecclesia omnia honeste atq; secundum ordinem fieri iubeat, debèbit baptismus summa mentis in deum & in sacratissima quæ aguntur mysteria, intētione & dari & accipi. Quare quis quid hinc suscepentes seu alias astantes auocat, procul tollendū est. Accedatur itaq; deposito omni fastu, humili spiritu, ac recta in Deum fiducia, quemadmodum accesserunt qui Iesu parvulos obtulerunt, ut manus eis imponeret, Nam hic

renuntiatur Satans, omnibus operibus atq; omnibus pompeis eius, conueniaturq; ante inter patrinos de nomine infans, ut potius in baptismo ipso cogitetur de lucranda anima Christo, quam de retinendo nomine.

Baptismus in facie ecclesiæ peragendus. Ca. vii.

MAgna certe ratione ecclesiasticis patribus usum est, ut baptismus in conspectu ecclesiæ in loco sacro recipiatur, nisi tamen imminens necessitas fieri aliud suaz sciret. Quamobrem displaceat nobis quod quidam fabulosi templi domini despicientes, ambiunt magis suos infantes in dominis priuatum baptezari, quod deinceps, nisi necessitas id ipsius exigerit ex cause cognitis peccaverit, indulgeri nolumus.

In confirmationis exhibitione quid docendum. Cap. viii.

Itidem dum sacramentum confirmationis confertur, doccebunt Vicarii nostri in pontificibus alibus, quid agatur, nempe quod illic ambiatur gratia spiritus sancti, qua confirmatur et pro aduersus Sarance tentationes, roboreturq; ut quod corde credit ad iustitiam, ore quoq; palam confiteatur ad salutem. Quanobrem eo coiuniri solet oratio tenera, que ad nequitiam proclivior est q; ad pietatem, ut ea proclivitas minuatur, docilitasq; ad pietatem augeatur. Omnes fideles (inquit Urbanus pontifex Romanus) per manus impositionē episcoporum, spiritum sanctū post baptismū accipere debent, ut pleni christiani inueniantur, quia cū spiritus sanctus insunditur, cor fidele ad prudētiā ex constātiōne roboratur. De spiritu sancto accepimus, ut efficiamur spirituales, quia animalis homo nō p̄cipit ea q; sunt spiritus dei. De spiritu sancto accepimus, ut sapiamus iter bonū mas-

Aet. 8. 10
De cōs. dīst.
5. c. nouiss.
Roma. 10

P. ex canonis
Urbanus

1. corine. 2

CONCILIVM PROVIN. COLON.
lamq; discernere, iur adiligere, iniusta respuere, ut malitia
ac superbia repugnemus, ut luxurie ex diversis illecebris
ac fœdis indignisq; cupiditatibus resistamus. De spiritu
sancto accepimus, ut amore nit et glorie ardore succen-
si, erigere a terrenis mentem ad superna ex divina ualea-
mas. Sed de hoc alibi latius.

**Quomodo ad sacramentum confirmationis acce-
dendum fit.** Cap. ix.

*Ex cœ. Au-
relian. c. ve-
reum. de cō-
sec. dist. 5*

AN expediat imitari consuetudinem, qua obsernatur,
ut nedium adultis, sed ex infantibus detur confirma-
tio, idq; præfis, hic non diffinimus, etiamquam quod Aure-
lianen. Coneilio sanctum est, nobis magis placuerit, videlicet,
vt ieuni ad confirmationem ueniant perfecte etatis,
ut moneantur confessionem sacramentalem facere priusq;
accesserint, quo mundi, domum spiritus sancti mereantur
accipere. Cum enim hoc sacramentum non sit necessitas
absoluta, conuenientius ex utilius dabitur, si addatur ad-
monitione. At antequam infans supra septimum etatis
annum progressus fuerit parum aut nihil horum que agus-
tur intelliget, ne dicamus, meminerit.

Cuius sint, admonēdi susceptores confirmati. Ca. x.

Version.

Quemadmodum in baptismo susceptores fuit, ita
hic qui confirmandum presentant ac coram Episco-
po siflunt, idq; non admodum diuersa ratione, nisi
quod quidam etiam dicent, decens esse, ut qui nondum ad-
uersus carnis mundi, ac Satanae tentationes roborati sint,
per confirmationem dudum atq; exercitatos sensus haben-
tes (quibus fides confirmādi cognita atq; explorata fit) Epi-
scopo præsententur. quamobrem quoq; admonendi sunt

isti officiū sui, curandumq; ut tanti sacramenti perceptio
digne ac reverenter peragatur, quēmadmodum in primis
tua ecclēsia obseruatū legimus.

De moderandis donariis, quē suscep̄tores insunt
bus donant. Cap. xi.

Quibdam in locis, ambitionis magis, quam pietatis
causa, dum vtrūq; tam baptismi quam confirmatio
nis sacramentum peragit, hi qui patrini dicuntur,
certant, ut alter alterum donariorum pretio (quo suscep̄ti
ac præsentati pueri donantur) vincant. Præterea ita
tim maxime post baptismum ad confessiones cū tuuī max
ime confessionibus esset abstineendum. Qua de re admo^z lobans
vendus est populus, ut quae digna sunt his sacramentis tan
tuuī carent. Cetera aut moderentur aut penitus tollant.
Nam non offenderimus deum grauius, quam cum illius sane
flissima mysteria indigne tractamus.

Docendus populus de signis externis. Cap. xii.

Docabit præterea parochus populum, quid signet
crisma. Et cur ex oleo olivæ ac balsamo conficiatur,
quēmadmodum docebit Enchiridion.

De sacrosancta Eucharistia, Cap. xiii.

Eucharistia, unicum illud piarum mentium solatum ac
dolitum hac deploratissima tempestate execranda
insania ac abominabili prophanatione hæreticorum de re
tanta quodlibet comminiscantium pleriq; quodammodo in
nascam ueritur, adeo ut (quod dolentes referimus) multi
nunc sint, qui non tantam humi panem uitæ, qui de celo
descendit, accipere non desiderent, sed ex auersentur, hoc
mines solo nomine christiani, re ipsa vero Capernaitis ipfus

deteriores; etiam quos post acceptam notitiam ueritaris,
nouantarie in filium Dei peccantes ac corpori dominico
et sanguini contumeliam inferentes, terribilis quedam ex-
pectatio iudicii, et ignis emulatio (que consumptura est
aduersarios) manet.

Quid docendur populus in huius sacramenti
ministracione. Cap. xiii.

Docendus est itaq; populus christianus certissima fide
de credere, q; in hoc sacramento sit uerum corpus
et uerus sanguis Christi Iesu. Neq; enim veritas mentitur,
quae apud Mattheum, Marcum, et Lucam hoc sacramen-
tum instituens ac porrigit, simplicissime dixit. Accipite et
comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur,
Hic est sanguis meus nomi testamenti, qui pro uobis et pro
multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite
in meam commemorationem. Sic docet Paulus Apostolus:
Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio
sanguinis Christi est? Et, Panis quem frangimus, nonne
participatio corporis domini est? Vnde consequitur in Eius
charislia totum esse Christum, quamquam ibi sit fabracione
cibi et potus, qui enion tradidit uerum corpus et san-
guinem, haud dubie tradidit uiuum. Quare si credimus in
sepulchro diuinam naturam non fissse separatam ab exas-
tissimi corpore, quanto magis credemus eam a nullo corpore
non esse separatam in sacramento.

Quibus persuasum est utramp; speciem, laicum parti-
cipare oportere, quomodo docendi. Ca. xv.

Vbi sunt, quibus contra ecclesiæ consuetudinem per-
fusum est, oportere laicos participare corpus et

sanguinem domini sub utraq specie, ibi docebit parochus
hos, qui grauatam habent conscientiam, corpus et sanguis
nem domini in altera tantum specie perfecte consuere, adeo
ut laicus, qui sub specie panis communicat, non tantum cor-
pus, sed et sanguinem domini non minus recipiat, quam qui
capit sub utraq specie, et panis et uini. Ecclesiam quoq
laicis unam tantum speciem dare, quod pro reverentia ipse-
suis sacramenti et salute fidelium, ecclesia (cui dispensatio
sacramentorum Dei commissa est) sic uiderit expedire. Nam
quam nullatenus ambigendum sit, sub specie panis non tan-
tum carnem, nec sub specie uini sanguinem tantum, sed sub
qualibet specie totum Christum contineri, cur se laicus iudic-
cio ecclesiæ (quam dominus audiri uoluit) non submittet?
que non temere, sed multis rationibus permota, decreuit sa-
lubrius esse, ut non tantum populus, sed et sacerdotes non
sacrificantes, Christum sub una tantum specie, quam sub duau-
bus perciperent: quid enim panis uiniq; species aliud sunt
post consecrationem q; species sacramentales et accidentia
fine subiecto, ut nō habeat laicus cur queratur sibi alteram
subtrahi speciem, ubi totam quod sub utraq specie continua-
tur, integre accipiat. De qua re alibi latius dicitur.

Ex concil.
Constance.

Math. 15
Amb. de sacra
caec. re uen-
ra. de conse-
dit. 2

De ueneratione sacrosanctæ Eucharistie. Cap. xvi.

Et quoniam in hoc sacramento Christus continetur co-
hortandus est populus, ut ad haec mysteria contremi-
scens, quum in celebratione missarum elevatur hostia sac-
haris, se reverenter inclinet, corporeq; humi fuso, men-
te adoret crucifixum, facturus idem, quum presbyter deo-
fert ad infirmum Eucharistiā, quam ob id parakam semper
habere debet, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum

Mono. illuc
sancte de cel-
missa
Ex con. Mo-
gunc. presbo.
de cos. ass. 2

communicet, ne sine communione decedat, quod faciens de
centi habitu indutus, hanc salutarem hostiam palam ac hono
rifice ante pectus cum omni reverentia et timore ferat et
referat lumine semper praecedente, ut signo populus intellis
cat, illic eum esse presentem, qui est candor lucis eternae.
Haec denique sacrosancta hostia reponatur semper in loco sup
gulari, mundo et signato, honorificeque collocata, devote ac
fideliter conseruetur.

Quomodo tantum miraculum in hoc sacramento fiat,
populus docendus. Cap. xvii.

Docendus item est populus, quod tantum miraculum in
hoc sacramento virtute Christi fiat, non ex merito sa
cerdotis, quod et in ceteris sacramentis obtinet. Nam intra
sanctam ecclesiam catholicam in mysterio corporis Christi,
nihil a bono maius, nihil a malo minus, perficitur sacerdote,
quia non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur crea
toris, et in virtute spiritus sancti. Si enim in merito esset sa
cerdotis, nequaquam ad Christium pertineret. Nunc autem
sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per spiritum san
ctum hauc suam efficit, carnem et transit uinum in sanguinem.
Sed hoc tantum interest, quod malus sacerdos sibi tan
tum nocet, indigne tanta mysteria tractans. Nam quod ad
veritatem corporis dominici attinet, ita percipit hic, cui dis
cit Apostolus: Qui manducat indigne, iudicium sibi man
ducat, sicut is, cui dicitur: Qui manducat meam car
nem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego
in eo.

Quomodo admonenda plebs ad sumendum Euchae
ristiam accedens. Cap. xviii.

Preterea in flituenda plebs est, quomodo Eucharistia sumenda sit. Et in primis admonenda, quam graue crimis sit, ad tanti sacramenti participationem indigne accedere. Nam Apostolus ait: *quicunq; manduauerit panem hunc & biberit calicem, domini indigne, reus erit corporis & sanguinis.* Et iterum hanc horrendam sententiam conge minans: *qui (inquit) manducat & biberit indigne, iudicium sibi manducat et biberit, non diiudicans corpus domini.* Ideoq; (uti subiicit) multi inter vos infirmi, & imbecilles sunt, & dormiunt multi, *quod si nosipso diiudicaremus, non utique indicaremur.*

1 Cor. 11

*Qui ad hoc sacramentum participandum
admittendi.* Cap. xix.

Proinde nemo admittendus est, nisi cuius conscientia pa rocho sit, aut cui potestas super hac re legitime facta est, per exemologesim explorata, & qui paenitenti ac cons trito corde corpus domini diiudicans accesserit, quod iubet Apostolus, quem ait: *Probet autem semetipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat,* Ne cum Iuda, qui coene dominice ad iudicium interfuit, locum diabolo pre beat. Mens ergo ab omni affectu peccandi longe absit, Nam si adhuc habet voluntatem peccandi grauatur mas gis Eucharistie perceptione, quam purificatur. At contra, quamvis quis peccato mordetur, si tamen poeniteat, & de cetero peccandi uoluntatem nullam habeat confis dens de domini miseratione, accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus.

1 Cor. 11

Ioh. n. 13.

AUG. C. Quid
nisi de cō.
dist. 2

Quatenus alteri q̄ suo parocho confessus, ad Eucha ristiam admittendus. Cap. xx.

Qui alteri quam suo parocho confessus est, si non factae confessionis suspectus habetur, testimonium adferet se confessum esse cuius etiam conscientiam uerius ipse parochus in principalibus christianismi articulis excutere non omittet. Ac generatim singuli parochiani, sed diores anno saltem semel quum adibunt mesam dominicam; examinandi prius in preceptis domini, articulis fidei, oratione dominica, ac ecclesiae sacramentis, maxime baptismi et eucharistiae.

Intra annum saltem semel comunicandum. Cap. xxii.

Fut cohortandus est populus, quo se numero comunicet, quemadmodum olim singulis diebus dominis eis fieri consueuit (quod quidem nunc quominus fiat, per laicos stat, quibus non debet cœlestis ille cibus invitit aut nauscentibus obtrudi) ita ad minimum populus ipse in disciplina ecclesiastica retinendus est; ut saltem toto anno semel ab omnibus qui ad discretionis annos peruenissent, confessis et contritis, Eucharistia summa cum reverentia suscipiatur.

Ez. Concil.

*Stat. c. oes
de penit. et
remiss.*

*Rx. ccc. T^o
let. et Lib.
de cōc. dist.
2. omnis do
mo.*

Olim qui non communicassent in anno saltem ter, in paschali uidelicet, pentheoste, et natali domini, inter fideles catholicos non consummabantur, sed quum sensim omnis penitentia refrixerit charitas, in hoc quoque ecclesiastica disciplina eripit esse remissior.

Quorum ad noneri populus hoc sacramentum participatur maxime debeat. Cap. xxiii.

*Aug. c.imo
rem de con
f. di St. 2*

Matth. 16

Omniū autem maxime instruendus est populus, recta fide accedit, sermoni domini firmius credens quo nos edocet Christus, dicens: Hoc est corpus meum quod pro nobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem.

Quibus verbis & veritatem sui corporis astruit, & credens eis, dignos suscipientibus, remissionem peccatorum promittit, inibens ut hoc faciamus in suam commemorationem. Porro anima que fidem habet et eiusmodi Christi verbis credit, in memoria Christi sacramentum edit, quem secum recognoscit; quemadmodum unigenitus filius Dei, ob perditum hominem Deo patri reconciliandum, et delendum, quod contrahens nos scriptum erat chirographum, de Cœlo descenderit, semetipsum exinanierit ac humiliauerit, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. In quo maxima erga nos Dei caritas commendatur, qui unico filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis a peccati et satanæ vincendis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidem et affectionem Deo suggestente preparare debet in animo suo, ut qui Eucharistiam percipiat.

Colo. 2.
Phil. 2.
Eph. 2.
Ioh. 3.

Docendus quoque cur hoc sacramentum sub specie panis et vini institutum sit. Cap. xxiii.

Neque intermissum negligendum, sed perpetuo inculcandum erit, hoc sacramentum corporis et sanguinis dominici, sub specie panis et vini institutum esse, ut praeter veritatem corporis et sanguinis (quae in eo continetur et recipiuntur) quoddam etiam eximium signum mutuae dilectionis et charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodum dicitus Paulus inquit: quoniam unus panis et unum corpus multi sumus, qui de uno pane et de uno calice participamus, quoniam obrem ab huius coniuncti spirituali participatione longe absunt, qui inuidiae vel odii veneno infecti, aut inacundis furore repleti fuerint. Monendi itaque sunt qui communicare desiderant, ut deposita omni similitate, diligenter

Aug. in Ier.
mo. de dedic.
calice ecco

1. Corin. 1.

CONCILIUM PROVIN. COLON.
alterutrum, uti vnius corporis membra, ut non sit schisma in
corpo, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sit membra.

Quomodo singulis dominicis diebus plebi ad au-
diendam missam se præparabit. Cap. xxviii.

Docendus quoq; populus, ut qui iuxta antiquum ecclæ-
sis ritum singulis dominicis diebus ad communican-
dum corpori & sanguini dominico non se præparat, misse
saltē parochiali, hisce, aliisq; festis diebus intersit, ut tam
et si inter sacrificantem & assistentes non sit (more illo anti-
quo) tam frequens sacramentalis communio, sit saltē sa-
crae doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis, & gra-
tiarum actionis communio, ut sic quodammodo omnes spiri-
tualiter communicent, cum desiderio etiam sacramentaliter
comunicandi. Ne vera populus ab hac missa parochiali &
c. & hoc at-
tentendum.
de cōs. d's 5
Ex cōs. C. d's
tina. c. Facer-
date. d' cōs
sec. d's. 1
ab auditione verbi dei distrahatur, placuerit nobis, ut si que-
sint alia missæ legendæ die dominico, hę incobetur primum
post verbi prædicationem finitam, quemadmodum latius in
visitatione secundum diversorum locorum mores ordina-
re studebimus.

Docendus populus generatum, quid agatur in
missa. Cap. xxv.

Docendus populus generatum, quid agatur in missa,
& quibus partibus conflet. Constat siquidem psalmo
dia, quem uocamus introitum, invocatione & gloria cele-
bratione sanctissime trinitatis, quæ in canticis Kyrieley-
son, & Gloria in excelsis Deo, peraguntur, prectione ses-
collecta, recitatione uenborum propheticorum aut aposto-
licorum, quam uocamus Epistolam, sacris canticis, quæ uo-
camus Graduelia et Alleluia, et quæ sequitur lectione evan-

gelica, symboli recitatione seu professione fidei catholicæ cantico, quod non sine mysterio Offertoriū appellatum est. Gratiarum actione, quæ dicta est Prefatio, religiosa cōme moratione mortis, consecrationeq; corporis et sanguinis dominici, quæ sit in Canone. Rursus, precationibus, inter quas est precatio dominica, Sequitur osculum pacis, symbolum Christianæ charitatis, mox Cōmunionis. Rursus sacrum canticum, quod cōmune appellatur et precatio. Postremo loco, sacerdos totum populum velut in suam tutelam receperit, Deo benedictione tradit, atq; cōmendat, ut persue ret in affectu pietatis, mutuaq; charitate, quorum quum ad monetur populux, incipiat nedum credere, sed et sentire, quod in missa nihil non sit pius ac venerandum.

Corripiendus abusus eorum, qui ante finitam missam irreuerenter discedunt. Cap. xxvi.

Corripiendus vero abusus est, quod quidā post aspergimam aquam et ante missæ introitum exitum faciunt, quidam post auditum et non intellectum Euangeliam absunt, aliiq; posteaquā sacerdos dixit, Sursum corda, et, Gratias agamus. Atqui tunc præcipue populi partes erant, quando submissus legēte aut tacente sacerdote, quisq; cum Deo loquitur. Deniq; alii statim post elevationem corporis et sanguinis dominici nō expectantes præcipuum missæ partem, quæ est cōmunionis. Antiquissimus ergo canon populo rememorandus est, qui sic habet: Omnes fideles quæ in solennitatibus ad sacris ad ecclesiam conueniunt, et scripturas Apostolorum et Euangelium audiant, qui autem non perseverant in oratione usq; dum missa peragatur, nec sanctā cōmunionem percipiunt (quam nos, ut non exigimus quo-

Ex concilio
Agateneo.
missis ne
cēle. dist. 5.
et c. sig.

Cypr. c. qd
aut. de cons.
sc. dist. I

Cap. oēs. sc.
de les de cōs
sc. distin. I.

CONCILIVM PROVIN. COLOGN
tidie sacramentalem, saltem spiritualē a populo requiriā
mus (velut inquietudines ecclesiae commōentes, conuenit
communione priuari.

Docendus populus, quale sit missa sacrificiū
cūm. Cap. xxvii.

*Aug. de tris.
ni. et in
psal. 20. c.
jēmel. de cō
sc. dīst. 2. G
puob. se.*

1. Petr. 3

Roma. 6

Docendus item est populus, quale sit Missa sacrificiū,
nempe representatiuum. Semel quidem Christus mon-
tius est, iustus pro iniustis, semel in manifestatione sui eorū
poris in disfunctione suorum membrorum omnium, Verus
Deus & verus homo semel tantum in cruce pependit, offe-
rens patri seipsum hostiam viuam, & passibilem, immortā-
lem, viuorum & mortuorum redēptionis efficacem. Et scia-
mus quia Christus resurgens a mortuis, iam non moritur,
mors illi ultra non dominabitur. Et tamen quotidie reno-
latur in sacramēto, non quod toties Christus occidatur, sed
quod illud vnicum sacrificium mysticis ritibus quotidie re-
nouetur, quotidianaq; recordatione mortis domini (qua lis
berati sumus) in edendo & potando carnem & sanguinē,
que pro nobis oblata sunt, hoc ipsum representetur, quod
olum factum est, facitq; oblatio ista sacramentalis moneri-
nos, tanquam uideamus præsentem dominum in cruce, Eliz-
cientes subinde nobis ex illo fonte inexhausto, gratiam sae-
lutarem, immolamusq; hostiam pro viuis & defunctis, dum
pro illis patrem per filii mortem deprecamur.

Exequiæ ac missæ pro defunctis, quādo, & cum qua
admonitione celebrandæ. Cap. xxviii.

Exequias ac missas que pro defunctis peculiariter dis-
cuntur, malumus in alium diem transferri, quām die
dominico celebrari, nisi tamen plebs diei translatione grā-

diaretur, In quibus etiam ad populum fiat admonitio, declaratur q; quibus potissimum modis Dei misericordia pro animabus ambienda sit. Sic ut interim admoneantur hi, qui sunt nebres pompas ac missas gloriæ tantum auctupandæ causa instituunt, perdere mercedem suam. Debet quoq; plebs doceri, pium esse, quemadmodum ab Apostolorū temporibus, ecclesia (quæ columnæ & firmamentum veritatis est) & docuit & obseruauit, pro defunctis dominum exorare, & eleemosynas in finis pauperum elargiri, atq; hæc eis praedesse, qui in communione ecclesie & signo pacis decesserunt, & qui cum vinerent, hæc sibi ut postea possent praedesse cooperando meruerunt.

Qui ad exequias euocandi. Cap. xxix.

Ad exequias, quæ extra ciuitatem nostrâ Coloniâ celebrantur, non euocandi monachi, nec ista cohors leuium ac indignorū sacerdotū. Aut si euocentur, videndum ipsis, ne lasciuat, quanquā nobis magis probetur, ut qui volunt, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, si monachos in suis monasteriis ac clericos singulos in suis temporibus permanere sinat, ibidemq; preces ac missas peragere. Quoniam enim spectat cōcursus iste, interdū q; par est immo destior, q; ad captandam auram popularem: Cauenda vero suminopere post exequias delicata coniuia, crapulæ ac commissationes, ne Deus placandus magis irritetur.

De penitentiae partibus. Cap. xxx.

In sacramento penitentiae explicando ac recte ministrando, maturitate multa ac diligētia opus est. Veteres orthodoxi penitentiae partes tres nobis tradiderunt, Contritionem, confessionem, ac satisfactionem, seu fructum penitentiae.

Cap. nō est
manu. c. tē
pus 2 3 q. 2
Ex frag.
August.
b. Tim. 3 1

Iohann. 20
tentia dignum. Quanquā pœnitentia quatenus sacramens
tum dicitur, potissimum in absclutione presbyteri constat,
qua ille ex virtute verbi et clavium sibi à Christo traditas
rum, peccatorem pœnitentem, et in misericordia Dei spez
rantem, à peccatis suis absoluit, de quibus Paulo latius in
Enchiridio dicemus.

Prima pœnitentiae pars, contritio, in suggestio semper pertractanda. Cap. xxxi.

Hebre. 6
Prima pœnitentie pars, quum omnis euangelice prædicacionis exordium sit, nunquam non est in suggestio pertractanda. Hac enim configitur ab ira Dei ad misericordiam, hac conuertimur ab operibus mortuis ad Deum viuentem, hac subducimur a peccati ac diaboli laqueis, ac concorporamur Christo. Vnde a pœnitentia præcursor Iohannes, deinde Christus ipse, ac princeps Apostolorum Petrus, prædicationis euangelice doctrinam sunt exorsi. Pœnitentia autem tum recte prædicatur, quum arguantur scelerata, ac flagitia per uerbum Dei, et incutitur populo timor iræ, indignationisq; ac iusti iudicij Dei, certo certius manentis eos, qui male agunt ac male agendo perseverant. Subindevero vino oleum miscendum est, ut ex animo verecundis territis ac conuersis promittatur gratia ac misericordia. Ad eum modum Paulus ad Ephesios scribens: Hoc (inquit) scitote, quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quod est idolorum servitus) non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis, propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas: Manifesta autem sunt opera carnis, que sunt, fornicatio, immunditia,

**Matt. 3.
Acto. 2.**

Roma. 2.

Ephe. 5.

Gala. 5

mānditiae, impudicitiae, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, cōtentiones, emulatiōnes, rixae, irae, dissensiones, scētæ, inxidiæ, homicidia, ebrietates, commissationes, & his similia, quæ prædico uobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Neminem non ad pœnitentiā invitari. Ca. xxxii.

IAm, quanquam nemo conuertatur ad dominum, nisi trahatur per patrem, attamen nemo hic excusationem praetextat, quod non trahatur, quod ille semper flet ante osium pulsans, nimirum per internum & externum uerbum, componens ut conuertamur à via nostra pessima, & inclamās, quoniam ira, indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum. Hic concussis conscientiis commonstrandus est Samaritanus ille, qui infundit uinum & oleum, qui sanat omnes contritos, & alligat omnes. contritiones eorum. Filioli mei (inquit diuinissimus Iohannes) hæc scribo uobis, ut non peccatis. Sed & si quis peccaverit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Hæc est doctrina, quæ docet mori mundo & uiuere Christo.

Iohann. 6

Roma. 2

Luce. 10
Psal. 146
Iohann. 2

Presbyter qui a confessionibus est, qualis esse
debeat. Cap. xxxiii.

DE confessione & quatuorplex sit, alibi dicemus. Tantum quod ad eam quæ sacerdoti priuatim fit, attinet, de paucis admonebimus. Primum magnopere necessarium iudicamus, ut sacerdos, qui à confessionibus est, sit integer, eruditus; ac silentiū tenax, alioqui si ad quæstūm ins-

CONCILIVM PROVIN. COLON.

tentus sit, si ad malum sollicitet, si curiosior explorator sit, si pertinacibus blandiatur, si intricatam conscientiam exticare nesciat, si deniq; uel ebriosas, uel iracundus, uel leuis, uel secreti minime tenax, dissipandis magis quam pa-

scendis ouibus uidebitur idoneus.

Quid confidentem docebit præsbyter confessarius.

Cap. xxxliii.

IN primis autem qui huic muneri intentus est, docebit confidentem, ne ambiguis ac perplexis sermonibus se remoretur, et percontando cogatur uelut expiscari crimina (quod sèpenumero periculosum est) sed simpliciter, tanquam coram Deo apertat letalia crimina, et quæ conscientiam onerant ac ledunt, quod ea quæ contra conscientiam aguntur, edificant ad gehennam. Atq; ibi maxime opus est sacerdote iudice, discernente inter lepram et non lepram.

Remediū pro ratione morbi adhibendū. Ca. vxxv.

Roma. 14

1. Thess. 8

Quod omnibus Christianis præcepit Paulus dicens: Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Hoc eum qui a confessionibus est maxime conuenit obseruare, nimirum ut consolando erigat pusillanimes per immensam Dei misericordiam, Praefractos autem obiurget, tremendumq; Dei iudicium ante oculos ponat, Deniq; uti prudentissimus medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis quam profuturus, si putauerit uno collyrio omnium mederi morbis. Nonnisi ergo qui confidentur, singuli secundū ordinem, statim ac ætate, atq; id per locos quosdam communes, ex scriptura de prōptos, quos in numerato habere debet parochus.

Nimis anxii quomodo tranquillandi.

Cap. xxxvi.

Qui nimis anxii sunt in repetenda confessione uel iteranda, apud aliud sacerdotem, uel etiam in eni-
merandis circumstantiis, quales sunt quidam, qui
quantumuis confitendo, conscientiam tamen uix tranquili-
lare possunt, docendi erunt, Deum (cui omnia patent) syn-
ceritatem tantum cordis à nobis requirere, nec tam seuerū
esse exactorem, qui conscientiam ob unam uel ob aliam de-
lictū circumstantiam, inter confitendum non dedita opera
neglectam, perpetuo turbatam esse velit. Nam quis omnes
erratus fuos enumerauerit: quemadmodum David ait. Des-
pici quia intelligit, Ab occultis meis munda me domine.

Psal. 18

Moderatio in casibus reseruatis. Cap. xxxvii.

In occultis delictis ex reservatione casuum compre-
sum habemus, nonnihil mali interdum accidere, Vel
quod peccator non habens in promptu sacerdotem, qui
eum absoluat, confiteri uel differt vel contemnit, vel
quod qui minores aetate sunt, uel mulieres difficile ad-
ducantur, ut ex suis parochiis non sine leui suspitione
ad nos seu commissarios nostros proficiscantur. quare ut
consulamus & uerecundię & famę, uisum nobis est, hanc
potestatem nostram absoluendi à peccatis & casibus no-
strę absolutioni reseruatis (occultis tamen) omnibus paro-
chis per diocesim nostram constitutis, rite vocatis, delegas-
se, Modo tamen Vicariorum nostrorum in pontificalibus
consilium requirant ac adhibeant, nostris tamen Suffraga-
neis potestatem facientes, aliter in dioecesibus suis, uti con-
sultius videbitur, super hac re ordinandi.

CÓNCILIVM PROVIN. COLON.

Publicæ pœnitentiæ usus in ecclesiam reuocandus. Cap. xxxviii.

1. corint. 5 **N** publicis uero criminibus, quemadmodum necesse est,
ita iubemus ad canones antiquos publicæ pœnitentiæ regredi, atq; adeo ad Christi et sui discipuli Pauli institutum reuerti, qui ad Corinthios exemplo ostendit: quomodo oporteat ecclesiam in publice peccantem animaduertere, donec ipsi publice peracta pœnitentia satisfecerit. De quo fuisus dicemus sub titulo, de iurisdictione ecclesiastica contentiosa.

Recitata confessione, quid agendum per parochum. Cap. xxxix.

Ioban. 8

Peracta confessione, sub absolutionem sacerdos menebit confitentem, ut quod admissum est, detestetur, ut sic deinceps uitam instituat, ne in illum letale crimen posthac incidat, quemadmodum Christus ad mulierem dedit: Vade et noli amplius peccare, utq; eum affectum habens, credat per Dei misericordiam in uirtute sanguinis Christi per absolutionem impariendam in uerbo eius fibi remissum iri peccata. In iungat etiam illi fructum dignum pœnitentiæ facere, ac tum deniq; imponat manum ac absoluat confitentem.

In matrimonii sacramento quid agatur. Cap. xl.

Gene. 2
Matth. 19

Dum matrimonio iungunt parochi virum ac madrem, docebunt matrimonium institutum esse à Deo, confirmatum per Christum, ut Geneseos secundo, et Matthæo. xix. legimus. Quod sacramentum si quis, sicut det, acceperit, accedente sacerdotali precatione, confertur donum spiritus, quo vir diligit uxorem amore casto, sicut

Christus dilexit ecclesiam. Mulier uicissim, propter Christum amet reuereaturque; virum suum uti dominum. Vterque liberos (si dentur) summa cura instituant ad Christianam pietatem. Copiosam monendi materiam Paulus ad Ephesos. v. subministrat.

Ephe.5.

Quemadmodum monendi sunt, qui matrimonium contrahere affectant. Cap. xli.

QUAM matrimonium ante lapsum Adg, propter pro-

creandos liberos institutum; ac benedictione Dei firmatum fit, qua dixit ille, Crescite et multiplicamini, et res-

Aug.de Ges
nisi ad lites
r. am. lib. 9.cap. et seq.
Gene. 1

Gene. 2

pplete terram, Peculiariter autem homini, Erunt duo in carne una. Propterea relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerabit uxori sua. Nec ratio coniunctionis, seu beneficium post lapsum defecit, sed tantum quod sanis potuit esse officium, id agrotis factum etiam sit remedium, Dum utriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, recte excepitur honestate nupiarum. Quemadmodum diuus Paulus ait: Unusquisque virorem suam habeat propter fornicationem, nimis virum uitandam. Monendi sunt qui matrimonium contrahere affectant, ne alius affectus ipsos huc rapiat, ut sit honorabile coniugium ac cubile impollutum. Nam si neque ob problem suscitandam, neque ob fornicationem uitandam, sed potius diuitiarum aut opum nanciscendarum, aut alterius rei gratia matrimonium contrahatur, perperam agitur ac grauiter in sacramentum peccatur. Hic, que Tobiæ. vi. vii. et viii. scribuntur, enarrari, proponi, ac doceri conuenient. Vbi locus pulcherrimus est, exemplo commonistrans. Quemadmodum bona virorum donum Dei sit debitum timenti dominum, quomodo in timore Dei apparentibus non luo-

1. Corint. 7

Tob. 6. 7. 8

CONCILIVM PROVIN. COLON.

xuriæ causa, sed sola posteritatis dilectione in qua benedicitur nomen Dei in secula petenda. Quo pacto coniugii conscriptione facta, tradenda, quemadmodum etiam coniugium nuptiale cum laude ex benedictione Dei agendum. Deniq; quomodo precandus sit deus per coniuges, ut benedictionem suam in ipsis, quos coniunxit, impleat. Hæc enim decent sanctorum filios, qui non debent ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum, Eritq; horrendum illud exemplum de septem Sarœ viris a dæmonio occisis replicandū. His namq; (ut Raphael angelus apud Tobiam ait) qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se ex sua mente exclusant, ex suæ libidini ita uacent, sicut equus ex mullo, in quibus non est intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrem uehementer comprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi ante ecclesiasticam coniunctionem, ieunio se præparant ex sacram eucharistiam sumunt.

Matrimonium tria complecti. Cap. xlvi.

Aug. de Ges
neb ad lites
ram li. 9. c.
7. 10. 3

Docendi itaq; breuiter, matrimonium tria complecti, fidem, prolem, ex sacramentum. In fide attenditur, ne præter uinculum coniugale, cum altera uel altero concubatur. In prole, ut amanter suscipiatur, benigne nutritur, religiose educetur. In sacramento autem, ne coniugium separetur, neve dimissus aut dimissa etiam prolis causa alteri coniungatur.

Pium uotum ex in clandestine contrahentes
censura. Cap. xlvi.

Ex canon.
Euaristi.

Optandum, ut Canon Euaristi pontificis Concilio generali renouetur, tollanturq; illa clandestina matrimonia, quæ iniurias parentibus ac propinquis, Veneris go-

tius quam Dei causa contrahuntur. Nam quanta ex his clausis declinis matrimonii mala suboriatur, in aperto est. Inter eas vero donec ecclesia de hoc prospiciat, si non irrita, prohibita saltem sint, et poenae canonicae, hoc est, excommunicacioni, contraheint, et qui his ope aut consilio adfuerint, subiecent, quam nec tam facile, nisi ecclesiae satisfiat, tolli admossum expedire nobis uidetur. Quantum fieri potest, cauebit parochus, ne liberos citra parentum authoritatem coniungat. quod si parentes negligentes fuerint, aut in admittendo matrimonio iam contracto rigidiores negatores, admosserint eos, ut liberos naturae aetatis elocet, ne ue vinculo iam per ecclesiam indissolubili pertinacius obliuetentur.

Coniunctio contugum in facie ecclesie pers
agenda. Cap. xlivii.

Conunctionem per sacerdotem cum benedictione sacerdotali ac precibus inter missarum solennia in templo secundum antiquos canones et ecclesiasticum ritum fieri decernimus. Superbia ac fastu tumidis (qui in priuatis domiciliis malunt quam in templo, ubi ecclesia conuenit, ac coniungendis bene praecatur) copulari, quis non inepte opposuerit illud Paulinum : Num ecclesiam Dei contemnitis? Nec sacerdos ante quoslibet coniugio iungat, nisi edictis aut proclamationibus tribus publice e suggesto ad populum factis precedentibus, ob multas ac varias fraudes evitandas. Contra haec haud facile, sed tantum ubi ratio admodum necessaria, hoc ipsum fieri postulauerit, Idque non, nisi causa cognita, dispensabitur.

Peregrinos et ignotos sine legitimo testimonio non
coniungendos. Cap. xlvi.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Peregrini & ignoti non coniungantur, nisi legitimis testimoniiis doceant se vbi ante versati fuerint, nullis matrimonii vinculis astringi, ipsiusque per suum parochum licere per alium parochum copulari.

In gradibus consanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale obseruandum. Cap. xlvi.

Ex cōcī. ge
nera.c. non
debet, de cō
fun. & affi.

Quod ad gradus consanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contrahendum, ac contractum dirimunt, decretum Concilii generalis obseruabitur.

Hic si parochi in dinumeratione graduum addubitauerint, peritiiores consulent. Vbi Romanus pontifex dispensatorio diplomate matrimonii secuū contractum, approbandū iussērit, examinētur causae diligentius, quae dispensationē extorserunt, quae si cōperiantur aliter, quam narratum est, se habere, non dubium est dispensationem nullius roboris esse.

Ludicra tollenda. Cap. xlviij.

Iudicra illa, quae in templis post coniunctionem sacerdotalem fieri consueuerunt, ueluti in pulsando sponsos, atq; alia eiusdem generis, penitus tollantur. Nam res seria, quam Deus ipse instituit, benedixit, inviolabilemque decrevit agitur.

De sacro ordine dictum esse prius. Cap. xlviij.

De sacro ordine, & quae salutaris gratia hoc sacramento conferatur. Quae deniq; in eodem sacramento conferendo obseruari oporteat, titulo primo, qui de munere episcopali est, abunde diximus.

Cur adhibetur extrema unctio. Cap. xlix.

Restat extrema unctio, quae (quoniam in morte extrema lucta est) adhibetur, ut uel conualescat ægrotus

*si Deo ita visum, vel cum fide bonaq; spe obdormiat in dño.
quomodo impendenda vñctio extrema.* Cap.L.

Est autem vñctio impendenda cum expositione vñctio laco. ult.
nis ex mandati apostolici, quod sic habet: Infirmatur aliquis in uobis, inducat presbyteros ecclesie, ut orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini, et oratio fidei saluabit infirmum, et alleuabit eum dominus, et si in peccatis fit, remittetur ei. Positivo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortem, quemadmodum Enciridion docebit.

*A sepultura nemo in communione discedens,
repellendus.* Cap. LI.

Quod ad sepulturā attinet, quis poterit negare rē longe pīissimam esse, et in ueteri et in noua lege accurate obseruatam, ut christianorum (qui spem resursationis habent) corpora, non pecudum more disficiantur, sed in coemiterii sinum recordantur, quod etiam alto mysterio non caret. Ab hac ergo sepultura, nemo christianus, qui in communione decessit ecclesiae, arceatur. et si casu mortuus fuerit. Quum enim communicabatur viuenti, et mortuo communicandum est. Soli vero heretici excommunicati publici, latrones, et hi, qui sibi mortem criminibus conscientia adacti, consciuerunt, et quos in peccato letali, nullis poenitentiæ signis præcedentibus, decessisse constituerit, prohibeantur.

Quam admonitionem in sepulturis et exequiis fieri oporteat. Cap.LII.

In sepulturis autem et exequiis mortalitatis atque huic calamitosæ vite admonitio diligens fiat, atque excitata.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Hebre. 11. di inter alia præsentes, ut recognitèt sibi eosdem modo hinc excedendum esse se in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam semper oportet suspirare. Nam quo pacto ad exorâdam pro defunctis, Dei misericordiam commonendi sunt, supra diximus.

DE VICTV PAROCHO^{RVM.} Cap. I.

Ex cōd. T o:
Iets. 1. 1. ca.
8

Math. 10



Vpereft ut de victu parochorum dissipiamus. Hic in primis, quod Christus docuit, & sacri canones maximo serio precepérunt, præmittēdum duximus. Nempe ut sacramēta ecclesiastica gratis miserentur, dicente domino: Gratis ac-

Ex cōd. T ri:
buren. ac
Varen.
c. m. eccl.
fastic. ca.
præcipiēdū.
13. q. 2

cepiſlis, gratis date, quam obrem neq; pro baptizandis, conſignandisq; fidelibus, neq; pro collatione chrismatis, uel pro motionibus graduū, neq; aliis sacramentis distribuendis pretia quælibet uel præmia niſi quid uoluntarie offeratur, recipienda ſunt. Neminem quoq; ad quæſtuosas exequias cogi aut pro sepultura munus aut pretium exigiri uolumus, secundum canonicas ſanctiones. Cufodi interim ac uespilloni, de ſua mercede nihil detrahentes.

Parochis victus neceſſarius ſuppeditandus. Cap. ii.

Deuter. 2. 5.
Marti. 20
1. Timo. 5
1. Corin. 9

A T quem lex diuina præcipiat, non alligandum os bovi triturianti, quod vtiq; non boum cauſa, ſed propter nos dictum, Christus in Euangelio explicat: Dignus (inqiēs) eſt mercenarius mercede ſua. Ac Paulus toto capite ita, primiæ ad Corinthi, conformat: Quis enim militat ſuis ſt̄i

pendiis unquam: quis plantat vineam, et de fructu eius non edit: quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? Neque enim magnum est si qui spiritualia seminant, carnalia etiam metant. Quamobrem, dispiciendum est, ut parochis Euangelii præparatoribus certa ac competens subministratio, victimus et vestitus fiat, idque ad eum modum, ne in administrandis sacramentis quippe am exigendo, oneri sint parochianis, aut cibum uicatum discurrendo emendicare cogantur, quo nihil turpius aut sordidius.

Vicecuratos quos uocat, ex prouentibus ecclesie con-

gruam sustentationem recepturos. Cap. iii.

TN primis igitur, qui per vicarios seu Vicecuratos ecclesiasticas parochiales regendi potestatem a nobis acceperunt, iisdem vicariis tantam ex prouentibus ecclesie partem assignabunt, qua uitam congrue sustentare possint. quod nos inter visitandum pro ratione locorum ac parochiarum ut fiat, ordinabimus.

Qui ecclesiastas unitas habent, Vicariis perpetuis portionem congruam assignare oportere. Cap. iv.

Ecclesiæ cathedralæ ac collegiate, itidem monachi seu religiosi qui ecclesiastas parochiales aut suis ecclesiis, vel monasteriis unitas habent, aut regendas aliis committunt, aut praesentando comitti procurant, adeo interdum omnem prouentum emungunt, ut residui redditus, qui rectoribus ecclesiastarum permittuntur, nimis tenues sint et exiles. quam obrem nostræ curæ erit, ut tanta portio rectoribus istis assignetur, vnde iura episcopalia soluere, et congruam sustentationem habere possint.

c. suscep.
de præben.
et dignita.
lib. vi.

Vbi redditus non sufficerint, quid agendum. Cap. v.

CONCIL. PROVIN. COLON.

Ex Vien.
cōci. clem.
si vna.

Vbi vero redditus ecclesiarum non sufficerint, iuris consilium sequendum putamus, Nēpe ut duæ vniātur, aut si id graue videbitur, saltem vna, aut plures etiam vicariç, quæ ad altaria in eiusmodi ecclesiis fundatæ sunt, ipsi ecclesiæ parochiali(ut uocant)incorporentur, Sic tamen, ut quoad fieri potest, per parochum officium, ob quod vicarie illæ fundatæ sunt, minime negligatur. Porro decisio potissimum parochis ac ecclesiæ ministris deberi non dubium est. Nunc quum illæ passim a laicis magna ex parte usurpentur, neq; facile ex eorum manibus diuelli possint, videndum num diligentè cohortatione, aut alia via iuri cōsentanea, parocho(cui ecclesiæ redditus ad victimum non sufficient)hinc aliquid emendicari possit.

Denarius consuetus, sed duplicatus pendendus. Cap. vi.

Postremo loco iuslum ac decens putamus, ut singuli parochiani denarium illum consuetum, sed duplicatum, saltem in anno quater, uidelicet in festis illis maioribus, vestiti in natali dominico, Pasche, Penthecoſte, Assumptio neq; virginis glorioſæ, Id est, singulis festis duos denarios parocho pendant. Neq; enim tantillum offerre vlli onerosum esse aut videri potest, quis enim tam sordidus est, qui non æquum putet, modicum quid caduci ac temporalis subministrare illi, a quo spiritualia ac æterna uicissim repetit certe omnes scire debent, eos, qui in sacrario sunt, edere. 1.Corm.9. Et qui altario deseruiunt, cum altario participare. Nam ex dominus ordinauit, his qui Euangeliū annuntiant, de Euangilio uiuere. qui se vnicā solutione(que uno albo rotato jet)liberare volet, id ipsi liberum esto. Ne vero parochus aut in contentionem aut suspicionem trahatur, potius hæc

pecunia per ecclesiæ œconomos aut alios probatæ fidei vi-
ros colligetur, ac ipsi parocho numerabitur.

Laudabilem consuetudinem Agrippinæ Colonie
per hæc non abrogari. Cap. vii.

LAUDABILEM tamen consuetudinē in ciuitate noſir. Co-
lonien. erga sanctam ecclesiam, pia deuotione fideliū
introductionem per has noſiras synodales constitutiones no-
lamus immutare, donec ipsis parochis intra eandem ciui-
tatem de ſufficientiori uictu fuerit promifum.

DE CONSTITUTIONIBVS AC consuetudinibus ecclesiasticis. Cap. I.



E constitutionibus Humanis ac ecclesiasticis consuetudinibus magna in præſentiarū in ecclesia Dei concertatio eſt, quam ecclesiæ turbatores, ut ecclesiæ authoritatē euenterent, ad nihilumq; redigerent, in-
nexerent. At populus hic docendus eſt sanctorum patrum regulam sequi, qui diligenter admonent, traditiones ecclesiasticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, ut a maioribus traditæ ſunt. Sunt autem illa quæ non ſcri-
pta, ſed tradita cuiſlodimus, non vnius generis, quemadmo-
dum diuinus Auguſtinus tradit. Alia enim toto terrarū orbe obſeruantur a patribus, nobis, quaſi per manus tradita. quæ
quidem putanda ſunt, vel ab ipsis Apoſtolis, vel ex plena-
riis conciliis (quorum eſt in ecclesiis ſaluberrima authori-
tas) cōmendata, atq; flatuta retineri, ueluti quod paſſio &
reſurrecțio & ascensio in Celum, aduentus ſpiritus sancti,

Auguſt. 1a
marci. c. iſ.
ta aut. 12.
diſt.

CONCILIUM PROVIN. COLON.

et quadragesima annua solennitate celebrantur, Quod die Veneris a carnibus abstinetur, atq; alia multa, quæ ab uniuersis merito obseruantur. Alia vero quæ per loca terrarum, regionesq; variantur, sicut est, quod alii ieiunant diē Mercurii, alii non, alii quotidie cōmunicant corpori et sanguini domini, alii certis diebus accipiunt. Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totū hoc genus rerum liberas habet obseruationes, quod enim neq; contra fidem catholiceam, neq; contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos viuitur, societas seruandum. Sic diuus Ambrosius Augustinum docuit de hoc altero genere interrogantem: Tu (inquit) ad quācunq; forte ecclesiam (nimirū in uitate catholicę ecclesiae permanentē) veneris, eius morē serua, si cuiquā non vis esse scandalum, nec quēquam tibi, Sed de his, ac quatenus ecclesiastū cōe istae constitutiones obligent, alibi latius dicemus.

Ieiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda. Cap. II.

Ieiunia ergo ab ecclesia indicta, reuerenter obseruari uolumus, admonendusq; populus cur sint instituta. Nempe ut corpus per intemperantiam cibi ac potus luxurians castigetur, in seruitutemq; redigatur, quo animus vegetior ac liberior laudibus diuinis infistat, diuinęq; voluntati sese attemperet. Magnum certe et generale ieiunium est, abstinere ab omnibus iniquitatibus et ab illicitis voluptatibus seculi. Ad hoc perfectionis qui nōdum peruenit, is ecclesia indictum huc uocans, haud contemnat.

ANG. in 10.
c. ieiuniū au
rem magnū
de cōdi. 5.

Irrisores ecclesiasticorum ieiuniorum refertur. Cap. III.

Qui ecclesiæ ordinationem irrident, illi, qui diuum Paulum opponunt, quasi in ieiuniis ecclesiasticis contradicat, grauissimam utriq; contumeliā (Apostoli doctrinā dedita opera adulterates) inferunt. Non enim ecclesia aliquod cibi genus perpetuo interdixit, aut Iudaicū ciborum delectum contra apostolicā doctrinā inuexit, quiniam cum Paulo semper docuit, doctrinā esse dæmoniorum, cibum aliquē immundū indicare, & prohibere, quem Deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus, & his qui cognoverūt veritatem, quod scilicet omnis creatura Dei bona sit, & nihil reuiciendum quod cum gratiarū actione percipitur. Sed potius ecclesia veteris legis ac apostolicorum virorum exempla sequita, ieiunia quædam publica certis diebus indixit, iubens tum a carnibus abstinere, & cibis aridioribus uti, non quod carnes immundæ sint, sed ut luxurie temperetur. *qua de re in Gangreni Concilio* (quod non multo post Apostolorum tempora obseruatum est) pari censura damnati sunt, tum hi qui nonnullos cibos carnium illicitos reputarunt, tum illi qui præter necessitatem corporalem superbentes, ieiunia communia totius ecclesiæ putauerint contempnenda, perfectam in sua scientia rationem vindicantes, quos anathema esse, Concilium illud decreuit. Atq; alia multa (quæ nunc in contentionem rursum vocantur) ut succinckæ ad nodum, ita Christianissime apostolico spiritu diffinivit.

*Ex Concil.
Car. Gren.*

Ecclesiæ constitutionem charitatem dedere. Cap. IIII.

Cur vero criminentur hostes ecclesiæ eius institutum, non videmus, quum ipsa nulli iniiciat laqueum, quod hanc constitutionem adeo ligare non uelit, ut uel charis

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Cap. cōj. lū
de obser. i.e.
iu.

tati vel necessitatim minime cedere debeat. quinim liberum facit, quolibet tempore quibuslibet vesci, modo id uel charitas vel necessitas suadeat, adhibito tamen vtriusq; medici (si præsto sint) aut saltem alterius, nimirum animq; confilio.

quid in ieunio potissimum spectandum. Cap. v.

Tam quum in ieuniis ratio potius inductionis quam abstinentia ista a carnibus spectetur, admonendus est populus quum ieunandum erit, non minus sumptuosa & prolix illa piscium fercula quam carnium uitanda. Bellaria ita illa, magis quam carnes inflammantia.

Redarguntur qui quadragesimæ obseruationem contemnunt. Cap. vi.

Orig. super
L.u. Herod.
aduerfus
mōti, hāre.
Ambro. in
sermo, de
qua dicitur
36. Ex con
ci. Tol.: 8.

Quadragesimæ institutio antiquissima est, a temporib; Apostolorum ad nos usq; deducta, cuius violatores plerisq; generalibus conciliis, præsertim Teletano octauo, acerrime redarguntur, religioniq; contrarie monstrantur. Atq; adeo omnes quotquot sine ineuitabili necessitate seu fragilitate, evidentiq; languore, seu etiam impossibilitate statim diebus quadragesimæ esum carnium attentare præsumperint, alienos a sancta cōmunione decernit, quod sacris diebus abstinentiæ obliti sint, disciplinæ ac quadragesimæ dies (quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieunii domino consecrantur) temerarie prophanauerit. Quos vero aut etas incuruat, aut laguor extenuat, aut necessitas arcit, non ante prohibita, violare præsumant, q; a sacerdote permisum esse, percipiant.

Lætanias & Rogationes cur institutæ, & quomodo

Bz cōci. au
relia, c. 23.

Lætanias, id est supplicationes, seu rogationes, in dicto populus admonendus sit. Cap. vii.

triduano

eriduano ieunio ante domini ascensionem patribus placuit
celebrari. quibus omnes interesse iubentur, ut quemadmodū
omnes peccauerunt, sic & omnes pro venia supplicant.
Omnesq; ad Deum corda cum manibus eleuent. Quanquā
potissimum Lætaniæ istæ principio institutæ sunt, ut tum
populus diuina institutione admonitus, clementiâ Dei exor-
ret, quo pestes, clades, calamitates, famæ, bella, & id gene-
ris aduersa, quæ nobis iustissimo Dei iudicio ob peccata no-
stra infliguntur, ac sub id anni tempus, nēpe Veris (quum
bella emergere atq; terræ fructus, qui tum in flore atq; tes-
veri adhuc sunt, facile corrumpi solent) potissimum immis-
cent, auertat & tollat. Ut autem ecclesia fiduciam erga
Deum (quā orantes ac petentes habere necesse est) tum no-
bis adaugeat Heliā proponit hominem nobis simile & pas-
sibilem, qui oratione oravit, ut non plueret super terram,
& non pluit annos tres & menses sex. Et rursus oravit, &
cœlum dedit pluviā, & terra dedit fructum suum. quod
si solus Helias petens exauditus est, nūn Christus ecclesia
sue preces auersabitur? Hic interim populus docendus est,
quod non solum quæ animi, sed & quæ corporis & extere-
na bona sunt à Deo omnium authore postulare oporteat.
Et redarguēdi illi (haud ita multo q; gētes meliores) qui uel
fortunæ uel suç industrie bona temporaria accepta ferunt.

Processiones intra septa ecclesiarum perat

gендç.

Cap. viii.

Quod processiones per agros & campos peragunc-
tur, rationem quidem habet, Nempe quod populus
oret, ut segetes ac fruges terræ à domino conser-
uentur. Verum vt alia plurima, ita & hic mos hominum

b

CONCILIVM PROVIN. COLON.

malitia depravatus est. Quod per occasionem talis deambulationis (quae Deo placando erat instituta) pleraque scelerata committantur. quamobrem nobis satius uidetur, ut haec, aliquid supplicationes ac processiones de cetero intras septa ecclesiarum religiosae fiant, ac ut in templo, loco preicationibus peculiariter dedicato, oretur deus, Habeaturque tum pius rei ac temporis conueniens ad populum commonitorius sermo. Nostris tamen Suffraganeis liberum relinquimus, ut ipsi in suis dioecesis de hac re, uti mores regionis patientur, dissiciant.

Admonendus populus, cur feriae institutae. Ca. ix.

Diligenter quoque populus admonendus est, cur feriae, et potissimum dies dominicus (qui a temporibus Apostolorum in ecclesia Dei semper celebris fuit) institutae sint. Nempe, ut tum in unum omnes pariter convenirent ad audiendum verbum domini, ad audiendum quoque sacrum, et communicandum. Breuiter, ad uacandum Deo soli, ut dies illa tantum orationibus, hymnis, psalmis, et canticis spiritualibus transfigatur, Hoc enim est sanctificare sabbatum.

In feriis soli Deo uacandum. Cap. x.

Quamobrem cupimus, hisce diebus prohiberi nundinas, claudi caupones, uitari comedationes, ebrietates, sumptus, lites, lusus improbos, chorae plenas insanii, colloquia prava, cantilenas turpes. Breuiter, omnem luxum. Nam hisce (et quae haec ferre semper consequuntur) blasphemias ac periuriis nomen domini prophanatur, ac sabbatum (quod nos admonet, ut quiescamus peruerse agere, et benefacere discamus) contaminatur.

Marc. 11

Apoc. 1

Exod. 20
Deut. 5

Isaie. 1

Dies dedicationis templi extra Coloniam, uno die
vbiq; celebrandus, et quomodo sit admonens
dus populus. Cap. xi.

ET quum in diebus festis (que dedicationi ecclesiasticā
peculiariter dicati sunt) plerūq; indigna commi-
tentur, adeo ut videatur populus tum potissimum confessio-
nis causa conuenire, uisum nobis est, ut per dioceses no-
stras, uno certo die anni quo eiusmodi festum dedicatio-
nis in metropolitana nostra colitur, in reliquis quoq; ecclē-
sīs omnibus extra ciuitatem nostram Coloniam Agrippia-
nam constitutis obseruetur. Nam intra Coloniam summo
nostro templo suus honor constare debet, quod et in aliis
oppidis insignioribus, ubi una ceteris ecclesiis præminet
obtinere placuerit, videlicet ut ibi minores ecclesiae pridie
eius Diei qui dedicationi ecclesiæ summæ eius loci consecra-
tus est, aut die dominico proximo præcedente suas singu-
la dedicationes celebrent, obseruetur. Docendus autem
est populus, dedicatione templi significari dedicationē ec-
clesiae catholicæ ac cuiuslibet hominis Christiani, qua copu-
latur Deo. Nam ut diuus Augustinus ait: quotiescumq; tem-
pli festinatatem columus, si fideliter ac diligenter attendi-
mus et sancte et iustæ uiuimus, quicquid in templis manus
factis agitur, totum in nobis spirituali ædificatione comple-
tur. Non enim est mentitus ille, qui dixit: Templum enim
Dei sanctum est, quod estis uos. Et iterum: Nescitis quia cor-
pora uestra templum est spiritus sancti.

Cur tempula et altaria consecrentur. Ca. xii.

EX vetustissima institutione et more receptum est,
tempula et altaria et pleraq; alia, quibus in templis

Augm

1. Corin. 3

c. sicut non
alii. c. missa
rū solēnia.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

c. ecclesias.
de cōs. dīst.

Exodi. 31
2. Paral. 22

ad excitandum fidelium animos et diuinum cultum explē dum utimur, consecrari, solemnibusq; precibus ac benedictionibus dedicari Deo, quod in veteri quidem testamento praeceptum etiam diuinum habuit. Quemadmodum Exod. xxxi. et. ii. Paralip. xxii. legimus, Vngitur praeterea secundum ecclesiasticam consuetudinem, quum consecratur altere, quum dedicatur templum, quum benedicitur calix, idq; non solum ex mandato veteris legis, verum etiam exemplo beati Silvestri, qui quum consecrabat altare, illud chrismate perungebat. Verum unctionis sacramentum, aliud quidem efficit et figurat, tam in novo quam in veteri testamento. Vnde non iudicat ecclesia, quum unctionis celebrat sacramentum, sicut aliqui mentiuntur, qui neq; scripturas negant Dei nouere virtutem.

Populus docendus, quid agatur et significetur in consécratione templorū et altarium. Cap. xiii.

Quamobrem populus docendus est, hic aliud agi atque aliud significari quum consecratur templum. Funduntur preces domino, ut hunc locum sibi peculia riter dedicatum esse uelit, ut Diabolum et eius potestatem inde penitus expellat, ut omnes qui huc deprecatur conueniunt, ex quaunque tribulatione consolationis diuinæ beneficia consequantur, ut ab omnibus pariter conuenientibus, Deo laudes soluantur, diuinum uerbum audiatur, ac ecclesiastica sacramenta ministrentur, Peculiariter altare consecratur, ut illic oblatio munda Deo offeratur, Hoc est, sacramentum corporis et sanguinis Christi, quod in memoriam passionis dominice immolamus, quod uero preser preces, assertionis etiam atque unctionis aliarumq; rerū

2. Reg. 6

solemnia adhibentur, mysterii secretioris plenum est. Non
 q̄ in animata ista, gratiæ diuinæ susceptiū sint, sed quum
 hac visibiliter fuit, admonetur Christianus, Deum omnia
 habet per inuisibilem virtutem in anima operari, quæ est doz-
 mus Deo dedicanda, ubi fides fundamentum facit, spes
 erigit, et charitas consummat. Signat ergo templū dedi-
 catio tam fidelis animæ quam ecclesiæ cum Christo despon-
 sationem. Ipso enim ecclesia catholica ex multis uiuis lapi-
 dibus adunata, uerum Dei templum est. Quod si Dei tem-
 plum sumus, altare intus habemus. Altare quidem nostrum,
 cor nostrum est. In hoc altari fit sacrificium laudis. Sacrifi-
 cium enim Deo spiritus contribulationis et cor contritum.
 In hoc altari fit cōmemoratio corporis et sanguinis Chri-
 sti. Hinc preces ad cœlum ascendunt, ad cor enim respicit
 Deus. Quonobrem, nisi omnia que in huiscemodi conse-
 cratione exterius aguntur, in nobis spiritualiter impleantur,
 parum hinc fructus nobis accesserit. quid enim exte-
 rior ablutio vel inunctio sine interiori prodest?

1. cor. 3. 6

Psal. 50

Cur benedicantur campanæ. Cap. xiiii.

Benedicuntur quoq; campanæ, ut sint tubæ ecclesiæ
 militantis, quibus vocetur populus ad conueniendum
 in templum et audiendum verbum Dei, clerus vero ad an-
 nuntiandum mane misericordiam Dei et veritatem eius,
 per noctem; ut per illarum sonitum fideles inuitentur ad
 preces, et ut crescat in his deuotio fidei, quāvis etiam pa-
 tres alio respexerint, videlicet ut dæmones tinnitu campas
 harum Christianos ad preces concitantium, quin potius pre-
 cibus ipsis territi, abscedant, illisq; submotis, fruges, men-
 tes et corpora credentium seruentur, ut procul pellantur

CONCILIVM PROVIN. COLON.

hostiles exercitus & omnes infidice inimici , fragor granis dinum , procella turbinum, impetus tempestatum , & fulgurum temperentur , infesta tonitrua & uentorum flamin na suspendantur ; spiritus procellarum & aereæ potestates prosternantur . Breuiter ut audientes confugiant ad sanctæ matris ecclesiæ gremium ac ante sancte crucis uexillum , cui flectitur omne genu , quemadmodum hęc in solenni benedictione campanæ reperies .

Docendus populus , ut signatis potius quam signis inhæreat . Cap. xv.

Docendus est ergo populus ab exterioribus istis , ut signatis potius quam signis inhæreat ac intendat . quod & in omnibus aliis obtinet ceremoniis , alioqui parum ad pietatem profuturis . Nam qui in exterioribus istis consistit ac non potius illis admonetur , ut ad Deum respiciat , confugiatur , ac totam suam fiduciā in illum collocet . huic citius externa ista in subuersionem quam edificationem erunt .

Quicquid in ceremoniis ad abusum spectat , cante ac diligenter cauendum . Cap. xvi.

Q Vamobrem , quicquid in eiusmodi rebus ad abusum & superstitionē spectat , & quo populus a Deo ad collocandum in externis istis aliquam fiduciam abduci possit , prohibemus . Quale inter alia est , q̄ sancctorum imagines cum indulgentiis & impositione incertarum reliquiarum dedicatur . Quod quidam aqua , sale , cærevis , ac herbis benedictis , in medicandis pecoribus superflitosus abusuntur . Omnis quidem creatura per uerbum Dei , & orationem sanctificatur , quemadmodum diuus Paulus testatur . Egō quanto res sacratior , tanto acutus eius damnabilior .

Cur reconcilietur templum aut cimiterium. Cap. xvii.

Reconciliatur ecclesia aut cimiterium ob seminis emissione peccandi libidine factam. Itidem ob enormem sanguinis effusionem, dedita opera violenter & iniuriose commissam, ac ab aliis quibusdam de causis, qui mos ex Leuitico. xiii. & xv. suam originem trahit. Est autem haec reconciliationis non quod templum revera polluatur. Ecclesia enim quum sancta sit, coquinari non potest, immo ipsius loci sanctitas infamia loci abolet. Sed quum templum locus sit, ubi delictorum uenia postulatur, ubi salutaris hostia pro peccatis immolatur, ubi Deo laudes exoluuntur, ubi tutela refugit esse debet, sit, ut scandalum, horror, atque abominatione turpiter dinis & peccati ibi commissi, propositum quoque & uoluntas letaliter delinquentis in causa sint, ut sacer locus reconciliatur. Idque ad exemplum & terrorem, ut videntes locum sacrum seu inanimatum templum nullo peccato obnoxium laueri & purificari delicti horrore, concutiantur & recognoscant quantum pro expiatione delictorum viuo Dei templo sit elaborandum. Sic Christus ementes & vendentes est templo eiecit, flagello facto de funiculis, ipso acerrime corripiens, ac dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur, nos autem fecisti illam speluncam latronum. Aliud quidem agens, aliud vero innuens.

Leuit. 14.

15

Matth. 21
Iohann. 2

Quae pollutio reconciliationem requirat. Cap. xviii.

Non tamen omnis pollutio hanc reconciliationem resquirit, sed tantum publica uel per rei evidentiam vel saltem per famam. Quod si occulta sit contaminatio, quae etiam baptismi ac poenitentiae sacramenta non removetur, solennitas non exigitur, quod ratio reconciliationis

CONCIL. PROVIN. COLON.

in occultis non habeat locum.

Quorum sumptu & expensis reconciliatio facienda.

Cap. xix.

Recognitionem autem eiusmodi gratis fieri, ac tandem itineris sumptus Vicarii nostri in pontificalibus suppeditari volumus, qui quidem sumptus ex bonis desinquentis defumentur, modo tamen tantæ illius facultates sint. Si secus, parochiani non grauabuntur uel tantillo sumptus itineris suppeditare, ne populus præter culpam suam grauetur. Ne vero diutius ob talem pollutionem diuinum suspendatur officium, aut ecclesiastica intermittatur sepulcra, Vicarius noster in pontificalibus statim ut uocatus fuerit a populo, (modo grauioribus rebus id temporis non fuerit implicitus) ultro ibit, officium suum expleturus.

Immunitatem ecclesiasticam in duobus potissimum sitam esse. Cap. xx.

Ex c. Late
rān. c. nō mi
nus.

Ex gñali. c.
adqueri. s. de
immu. eccl.
Ex c. T o
let. 3. c. ec
cleiarū ser
uos. 12. q. 2

Imunitas ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter divino ac humano introducta, que in duobus potissimum sita est. Primum, ut clerici, illorumque possessiones & bona a vestigalibus & tributis, aliisque muneribus laicis libera sint. Nam (ut de libertate Leuitarum fileamus) non temere refert scriptura, Pharaonem totam terram Aegypti fibi tributariam fecisse, præter terrā sacerdotum & possessiones quae à rege traditæ fuerant eis, quas vendere non sunt cōpulsi. Quin potius ipsis etiam statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, ut legimus Gen. xlviij. Deinde, ne rei criminis ad ecclesias confugientes, inde violenter extrahantur, Exceptis publicis latronibus, qui per industriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrotum, qui itinera-

Gene. 47
c. inter alia.
c. immunita
tem, de im
munita. ecc.

obsident aggreſſionum infidiis. Deniq; his qui ſub immuni-
tatis ſpe in eccleſiis ac cœmiteriis delinquent. quod ſi a con-
ſugientibus ad eccleſias paria hiſ commiſſa ſint crimi-
na, que rei publicæ referat puniri, tantisper ſaltem debet ſecu-
laris poeſtas a manu cum iuſtificatione abſtinere, danec noſtroſ
conſulat officiales, ne deuenire neceſſe fit ad ceſſationes à
diuinis, & interdicta, que uifum eſt anteceſſoribus noſtriſ
ob uiolationem eiuſcēmodi immunitatiſ aeditiſ conſtitutiō-
niбуſ promulgare.

quemadmodum fraternitatiſ reformandi ſint. Cap. xxi.

Fraternitatiſ (que vocantur) & in honorem aliquoſ
rum ſanctorum in eccleſiis fuunt, ſpeciem quidem pieſ
tatiſ habent, ſed quales hac tempeſtate feruantur, nempe in
quibus tam clerici quam laici potiſſimum coeſationibuſ
& ebrietati buſ uacant, Interduum etiam variis conſpiratio-
niбуſ aduerſus poeſtaſ intenti ſunt, ſi non omnino ubla-
tas, ſaltem correctas ac reformatas uolumuſ, omnino ubla-
tas malimus. Ac reddituſ ſeu cenſuſ ea runderem uel in uifuſ
pauperum uel parochi expendi nobis magis placuerit. At
quam hec ſodalitatiſ forſan preter publicum offendiculum
ac pauperum (qui ab eis eleemosynaſ ex iuſtitutione aec-
piunt) priuilegium cōmode tolli non poſſunt, uidebiſimus in
ter uifandum, ut ſaltem tollantur abuſuſ, ut prima ſeruetur
iuſtitutio, & examinentur formulæ earum & ſtatuta, ut ra-
tio ac calculus ſinguliſ annis per Proviſores (vt vocāt) eaſ
runderem fraternitatū coram parochiis eccleſiarum redda-
tur, ut ſuperextanteſ fructuſ ac reddituſ in pauperum ſeu
eccleſiſ uifuſ ac utilitatē conuertantur, aut etiam inde ali-
quod parocho ad viſtum decidatur.

P. ex Gangr.
c. ji quis ; er
ſi. p. rb. 300.
diſlin.

DE VITA AC CONVERSATIONE
monastica.

Cap. I.



I T A monastica non multo post Apoſto
lorum tempora cœpit , quanquam multis
perſuafum fit; aliam tum fuſſe quam nūc
eſt, monachifmi rationem . Nemo tamen
negauerit, hoc vitæ genus ad perfectios
nem euangelicam maxime accommodum, modo ſecundum
ſanctiſſimam iſtitutionem pure immaculateq; obſeruetur.
quia uero res eſt quammaxime ardua in carne viuere &
carnis ſtimulis nullum locum dare, diaboliq; mille fraudibus
(quibus prafertim ſolitarios aggreditur) ſuſticiter ſemper
reſiſtere. Idcirco in hoc vitæ genus nemo vel inuitus intruſ
dendus, uel pelliciendus, uel temere uſcipiendus, ſed ſums
ma cura adhibita, poſt diligentiiſſimam demum examinat
tionem monachi ac monachæ recipiantur, quibus ſæpe inſ
culcandum eſt prius Christi verbum de Eunuchis, qui ſe caſ
firarunt propter regnum caſlorum, quum inquit : Qui poſ
teſt capere, capiat. Proponenda ſapientis ſententia, que haſ
bet in hæc uerba : Altiora te ne quæſieris, &c. Rememorā
dum quoq; diligentiiſſime, quod Deo ſuulta & infidelis pro
miſſio admodum diſpliceat. Breuiter, admonendus eſt omo
nis ad hanc vitam affirans, ut primum ſe totum excutiat,
ne prouinciam uſcipiat, cui non ſufficerit, alioqui parabol
iæ euangelicæ diſterio uotandus . quod cœperit edificare
& non potuerit conſultare . Maxima autem cautio adhi
benda eſt in puellis, propter ſexus fragilitatem, ne uet
ob etatem deſit uoluntas, uel metus adſit, aut alijs affectus

Philo.

August.

Matth. 19

Ecc. e. 3

Luce. 14

minime Christianus.

Neminem monachismi professione semere
alligandum. Cap. II.

Certe sancti patres admodum fuerant solliciti, ut non nisi voluntario ac spontaneo iudicio virginitatis propositum atq[ue] habitus susciperentur, quod coacta servitia domino ingrata esse dinoſcantur, Siquidem uoluntarie domino sacrificandum est, ex uoluntaria oris sui beneplacita fieri in conſpectu domini Psalmographus obſecrat, quod enim quis non eligit, nec optat quod non optat, nec diligit: quod non diligit, facile contemnit. Vnde conſequitur, Nullum esse bonum, niſi uoluntarium. Adeo, vt qui alio affectu quam bonae voluntatis monachismo ſe alligant, magis peccent quam mereantur. Ambigui enim non potest crimen magnum admitti, ubi ex propofitum deſeritur ex consecratio violatur. Nam si humana facta non poſſunt impune calcari, qui de eis manebit qui corruperint foderā diuini sacramenti. De adolescentioribus viduis Paulus pronuntiauit. quod quām fuerint luxuriatæ, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

cap. 12. q. 2.
p. uella

cap. 12. q. 2.
Psal. 118.

Cap 1. de
rebus.

1. Timo. 5

Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monasterium detrudant. Cap. III.

Admonendi quoq[ue] erunt parentes, ne liberos in monasterium inuitos detrudant, q[uia] illos v[er]o longe gravius maneat quam phariseos, qui circumibant mare ex aridam, ut facerent vnum proselytum, ex quum effet fatus fiebat filius gehennæ duplo magis quam ipſi.

Math. 23.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Quo affectu monastica vita amplectenda. Cap. iiiii.

ABUR.

Matth. 22,

Quia monasterium ingreditur alio affectu quam simili-
plici amore Dei ductus, veluti vel spem vel promis-
sionem Abbatiam consequendi habens, uel in otio
viuere affectans, uel lucis temporalibus inhians, uel honos-
res ab hominibus appetens, quisquis talis est, non Dei filius
aut monachus, sed plane mercenarius est, queadmodum fas-
perius nos de clericis etiam dixisse meminimus. Cui veren-
dum est, ut quem uoleat ingredi nuptias euangelicas, obui-
ciatur illud: Amice quomodo hic intraisti, non habens ves-
timentum nupiale. Quodque ipso obmutescere, rex praeceptu-
rus ministris, ut ligatis manibus et pedibus, ipsum in tenes-
bras exteriore mittant, ubi erit fletus et stridor dentium.
In monasterii habendus, qui doceat legem domini. Cap. v.

H'Abendus in virorum monasterii vir pius ac doctus,
qui doceat monachos ab adolescentia meditari in
lege domini die ac nocte, ad quod munus in monasterii
monialium, sanctimonialis, ceteris vita et doctrina prae-
stantior delegatur. Debet autem qui monasterio praeest sum-
ma discretione vii, maxime erga eos, quos compererit dis-
uinis literis intentos aut contemplationi deditos, ut scilicet
tales fordidioribus officiis finat esse immunes.

Verbi prædicatorem in monasterii esse oportere. Cap. vi.

Tum monasterii quoque verbi prædicator erit pius quidē
ac eruditus, nam nulla armatura fortior ad resistendum
diabolicis infideliis ac iaculis, quam gladius ille spiritus, quod
est verbum Dei, quo Christus in deserto solitarius ieunius et
orationibus vacans, ex nihilo feci tentationibus diabolis
expositus, retudit omnem dæmonis fraudem ac nequissi-

tiam. Nihil quoq; potentius illo ad deiiciendos ac vicissim consolandois animos nostros, nihil efficacius ad concitandis mentem in amorem Dei ac contemptum mundi, ac omnium quæ in mundo pulchra ac speciosa apparent.

Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. Cap. viii.

Neque nobis displicuerit, ut aliquot ex monachis, bona indolis ad universitates publicas et bene christianas, aliquot annos theologicis studiis operam nauaturi mitterentur, illuc tamen non alibi quam in monasteriis seu gymansticis sub cura et oculis praceptorum commoraturi ne bonis ac rectis studiis destinati, mores minime monasticos imbibant ac contrahant.

Moniales non esse alligandas, ut nulli quam suo (ut vocant) patri aut praeposito confiteantur. Cap. viii.

Sunt præterea in monasteriis virginum, præsertim præter Abbates aut præpositos, alii conscientiarum examinatores ac à confessionibus. Aut saltem virginibus liberum fit, bis aut ter in anno aliis (quos elegerint) probis ac doctis viris, de suorum superiorum (ut vocant) consensu, (quem habent interpellati, rationabili causa intellecta, nequaquam negabunt) conscientias suas exemologesi exponere exonerareque, ne scilicet adigatur monialis renitens, semper unihomini delicta confiteri. Debent autem hi qui eiusmodi munere in monasteriis monialium funguntur, esse homines vitae probatissimi ac morum quammaxime inculpatorum, eruditii ac singularis iudicij, obseruaturi ea quæ supra, ubi de penitentiæ sacramento tractatum est, delibauimus. Causabit autem is in primis, criminum non confessorum rememorationem, ne virgines discant, quæ prius nescierunt. Causabit præterea,

CONCILIVM PROVIN. COLON.

mis̄ res omnino exegerit duritiem increpationis, magis intentus ad modēissime arguendum & pientissime viciſſim, consolandum. Confessiones autem monialium non priuatim audiet; sed in ceterarum conspectu, non tantum ut omne malum, sed & omnis mali suspicio omnino cesseret.

Mutatum esse paulatim faciem monasteriorum, ac usurpatum hospitiū ius simul cum accessu moderandum. Cap. ix.

MOnasteria olim virtutum scholæ ac pauperum hospitalia erant, nunc proh dolor, videmus ea quæ uirorum sunt e scholis virtutum in diuersoria militum ac rapitorum, quæ vero mulierum sunt, in plerisq; locis in suspectas de incontinentia domos (ne quid grauius dicamus) esse cōmutata. Quamobrem dispiciendū nobis est, ne tam paſſim a quibusvis militibus hospitiī ius a monasteriū vi exigatur & eleemosynę pauperibus deputatā, improborum luxu de uorentur, neve ad monasteria uirginum accessus toties a ſacris canonibus prohibitus, pateat. Et ut qui deprehensi pter hæc fuerint offendiculum aut occasionem illis labendi, ſine intra ſue extra monasteria dediffe, dignas poenas ferant.

Visitatio monasteriorum necessaria. Cap. x.

Visitatione ergo monasteriorū quā maxime opus effe intelligimus, quā et canones nobis imponunt. In hac vero oportebit omnia ad regulam ordinis monastici exiger, nihil non ad pietatem & vitę ſanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbae conſuetudinis irre pſit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoq; hic exarumari regulas, statuta, & coſuetudines, tolli ſuperſtitioſa, ſumptuofi monialium Praepofiti abrogandi, & frugales œconomi confiituendi. Cap. xi.

Cap. 1. de
emu eccles.

Cap. mona-
ſteria, dev. r.
et hone. cle.

Cap. in ſins-
gulis parag.
Porro dio-
cœjim, de
ſtatu mo.

Fabent quædam monialium monasteria sumptuosos
Præpositos, sub quorum potestate quum omnis bono
rum administratio sit, ipsi de redditibus monastlicis luxus
riantur. Et qui monastlicæ conuersationis exemplum esse de
buerant, ad mundi delicias reuoluuntur. Fastidientes inter-
dum similam & mella, interim monialibus ipsis vix milio
& cibario pane rugiente ventrem saturantibus. Sunt quoq;
virginum monasteria, vbi non est victus & mensa commu-
nis, sed mos ille (quem ad Corinthios scribens Paulus, quam
uis in longe sacratori coniuio dñauit) quotidianus, nem
pe, q; unaquæq; suum cibum præsumit ad manducandum, &
alia quidem esurit, alia vero ebria est, quos abusus tollere
necessarium putamus, uidelicet ut in illorum delicatulorum
Præpositorum locum probi æconomi a nobis comprobandi
(quorum victus sit monastlico simili) surrogentur, qui etiā
obligati erunt singulis annis rationem de receptis ac eros-
gatis integrum reddere.

Hierony.

1. Cor. 11.

c. p. Opus
9. q. 3. . qui
reli. 17. q. 2.

In monasteriis monialium victum ac mensam com-
munem esse oportere. Cap. xii.

Tidem ut moniales victum ac mensam communē vbiq;
habeant, & quæ pari sunt officio destinatæ, pari etiam
cibo alantur. quod ut quæminime onerosum sit, non de-
bebunt plures in monasterium moniales recipi, q; congrue
poterunt in singulis monasteriis sustentari, de quo nobis
prius legitimam fidem fieri conueniet.

De præpositis solitariæ commorantibus. Cap. xiii.

Displicet etiam nobis, quod quædam monasteria
quosdam Præpositos habent, qui in capellis solita-
rii commorantur, quod Lateranensi Cœcilio vetitum est ac
Ex Lateran.
nen. Conci.

CONCIL. PROVIN. COLON.

cautum, ut Episcopus Abbates monitione præmissa per censuram ecclesiasticam compellat, ut eiusmodi Præpositos aut Piores ad claustrum reuocent, faciantq; ecclesiis ipsis seu capellis per seculares clericos deseruiri, aut saltem alios monachos ipsis adiungant.

Visitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui Iohannis Baptiste et Antonitarum. Cap. xiii.

Visitandæ quoq; in primis, et reformandæ erunt domus hospitalium militum Teuthonicorum, præterea ordinis diui Iohannis Baptiste ac Antonitarum, atq; initio prouidendum, ut in iisdem domibus cultus diuinus rite ac debite peragatur, ut hospitalitas pro pauperibus seruetur, ut uita ac conuersatio regularis secundum institutionem priuam ac regulam (quam illi professi sunt) illic geratur ut ab ipsis uestes, ordini ac professioni dignæ ac conuenientes publicæ deferantur, ut comedationes, crapulæ ac omnis luxus prohibeatur; ut prædæ illæ bonorum mobilium, que post mortem prælatorum per primores ordinis fieri ac in exercras regiones deferri, pessimo omnium exemplo consueuerunt, a modo nequaquam fiant. Sed quicquid parsimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, uel necessarius usibus ecclesiæ, aut successorum, aut pauperum eius regionis, ubi religiosa ista domus sita est, applicetur.

De vita et conuersatione monachorum. Cap. xv.

Fz. Concil.
Calcedo.

Et ut reuertamur ad monachorum uitam, haud ignoscere debent Cœilio Calcedonensi cautum, monachos oportere quieti operam dare, ieunia et orationes obseruare, in his locis, in quibus se semel Deo deuouerunt, remanere, nullas ecclesiasticas seu seculares actiones tractare,

tanquam sua monasteria relinquere, nisi forsan ob ingenios necessitates id facere à suo episcopo iubantur, ne non men domini blasphemetur. Quare libertas illa peregrinandi seu excundi, praetextu inuisendi parentes, moderanda seu penitus tollenda erit.

Monachorum studia atq; exercitationes quales esse oporteat. Cap. xvi.

Monachus & monacha amare debent scripturarū ^{Hiero. ad no} sc̄ientiam, & carnis uitia non amare. Psalterii librum de manu aut oculis nunquam deponere, semper orare, sensu vigilare, uanis cogitationibus aditum precludere, corpore pariter & animo in Deum tendere, iram patientia, uincere. Breuiter, nullis animi perturbationibus (quae si infederint, ad delictum maximum inducūt) locum dare, Semper aliquid operis facere, ut eos diabolus semper inueniat occupatos, Et ut multa sint quę manibus operari liceat, libros tamen sacros describere ipsis maxime conueniret, ut & manus operetur cibos, & lectione anima saturetur. Porro Aegyptiorum monasteria hunc mos ^{c. monachum de const. dīl. 3.} seruasse leguntur, ut nullum monachum absq; opere suscipierent, non tam propter viētus necessaria, quam propter animae salutem, ne pernitiosis cogitationibus vagarentur, neve inflar fornicantis Israel, omni transiungi diuariis carent pedes suos.

Monachos vagos sub custodiā reuocandos. Ca. xvii.

Monachi qui peruagati fuerint, vbiunque inuenientur, tanquam fugaces nostro auxilio sub custodia reuocentur, Et si qui habitum abiecerint, ut eundem reassumant, cogendi.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Literas priuatas monacho aut monachę, iniussu Abbatis
resignare non licere. Cap. xviii.

VT monachi seu monachae literas nullas uel destinas
re vel recipere audeant absq; Abbatis seu Abbatissae
sae, aut eius qui ipsorum loco monasterio praest scientia,
summa ratione olim constitutum est, sed per incuriam abo-
litum, id praesenti constitutione innouandum censuimus.

Canonissarum seculariū mores reformandi. Ca. xix.

POstremo, uitam, conseruationem ac mores Canonissar-
rum, quae seculares ob id appellantur q; perpetue ca-
stitatis ac rcliqua vota monastica non emittant, reformari
omnino ducimus necessarium. Nam vitam agunt plus ni-
mitio licentiosam & ac plerisq; scandalosam. Quae ut in or-
dinem & ecclesiasticam quandam disciplinam, quoad fie-
ri potest, reuocentur, nobis quum visitationem aggredie-
mur, curandum est.

DE HOSPITALIBVS ET ORPHANAE
trophii, aliisq; id genus piis locis. Cap. I.

Cod. de Es-
p. & cler.



On solum canonicis constitutionibus,
sed & imperialibus ac regalibus insti-
tutis antiquitus pientissime sanctum
est, vt habeantur q; fieri potest frequē-
tia in republi. Xenodochia, Prochotro-

phia, Orphanotrophia, Gerontocomia & Brephtrophia,
& id genus alia loca pietati consecrata, In qua recipian-
tur peregrini, pauperes, inualidi, senes, parentibus orba-
ti, atq; inopes liberi, infantes expositi, furiosi, leprosi, conta-

giofisq; ac perpetuis morbis obfiti, atq; aliae miserabiles per
fonę. Idecirco curae noſtræ imminebit, ut eiusmodi loca,
vbi conſtituta ſunt, farta teſta teneantur. Vbi uero diſſi-
pata ſunt, inſtaurentur, reformenturq;. Deniq;, ubi necdum
conſtituta ſunt, epifcopali noſtra prouidentia adſiſcentur,
conſtruenturq;. Pauperum enim curam nobis Chriſtus præ-
cipuam eſſe uoluit, & horum toties meminit diuimſimus
Paulus Apoſtolus.

Matth. 2.6
Marc. 14
2.Corin. 8

In hospitalibus in primis animæ curandę, deinceps
de corpore. Cap. ii.

Hic ante omnia curandum nobis eſt, ut in domibus
hiſtis, quę ad ſalutem animarum perteſt, minime ne-
gligantur, fed ante omnia de ſacramentorum admimistra-
tione pauperibus debilibus & ægrotis prouideatur, Ac vbi
corporis infirmitas medicum poſtulat, ibi prius animę, deinceps
de corporis medicus accerſeatur.

In hospitalia qui recipiendi. Cap. iii.

Ne eiusmodi autem hospitalia, nullæ alie quam ea, quas
diximus miserabiles personae, que aut morbo aut debili-
tate, aut ætate impeditæ, ſuis manibus laborare, vietumq;
ac veſtitum ſibi comparare non poſſunt, recipiantur, quas
ad eccleſiaſticam disciplinā canones pertinere ac noſtris,
aliorūq; piorū hominum largitionibus uititare uoluerūt.

In hospitalia pauperes eius loci, vbi conſtituta ſunt, po-
tissimum recipiendos, maxime contagioſis mor-
bis implicitos. Cap. iiii.

Non primis autem recipiantur in hęc hospitalia, perfonę
miserabiles eius loci, vbi hospitalia conſtituta ſunt, quod
ſi reſte curatum fuerit, ſuffecerint penę (niſi tamen fal-

CONCILIVM PROVIN. COLON.

lamer) iam constituta hospitalia, omnibus uere pauperibus per singula oppida ac uicos repertis, ut amodo illis non fuit necesse ostiatum panem emendicare, aut eos qui lepra seu alio contagioso morbo impliciti sunt inter homines. diuersari, quod lege diuina, ne fiat, prohibitum legitimus. Nec immerito, q̄ ex tali commixtione ac conuersatione cum sanis infinita pericula subsequantur, etiam ex solo aspetto, qui intuentibus horrorem solet incutere. Quod si leprosū aliisq; qui similibus morbis impliciti sunt, hospitalium, quibus adducuntur, redditus non sufficerint, satius est, ut ipsorum nomine in conuentu ecclesiæ eleemosyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputandos, colligatur ac praestetur atq; ut trunci in templis eleemosynis istis colligendis asseruandisq; erigantur, quam ut ipsi morbos alimonie pertinentiae obtentu, aut quocunq; alio praetextu, consortiis hominum misceantur.

Mendicantibus validis hospitalia clausa, et mendicitatem interdictā esse oportere. Cap. v.

Cod. de me
act. vali. li.
12.

SVNT autem mendicantibus validis non solum hospitalia clausa, sed et publice ac ostiatim mendicare penitus interdictum. Et qui secus agere comperti fuerint, arceantur, ac legalibus nostrisq; constitutionibus comprehensis pœnis subdantur. Vtilius enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, q̄ eidem frangitur, ut seductus, iniusticie acquiescat.

Magistrorum hospitalium praui affectus damnantur. Cap. vi.

DAMNAMUS autem abusum, quo in quibusdam locis fit, ut neglectis miseris ac inopibus (quibus hospitalia

dedicata sunt) ex priuato affectu magistrorum aut magistratum, qui hospitalibus hisce præfunt, non modo validi, sed et quibus virtus et vestitus suppetit, recipiantur, tandem quod illuc commodius et in otio uiuatur, qui certe aliter censi non possunt quam pauperum depredateores, raptos resq; de alieno uiuentes, ac ueluti ex sanguine pauperum saginati. Quos diuus Hieronymus grauiissime increpat: quia Hieron. (inquit) ex bonis parentum et suis opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, et per abusum talium, iudicium sibi manducant et bibunt.

Quum grauiter peccent, qui ex pauperum
virtu se ditant. Cap. vii.

VIderint quoque hi magistri ac hospitalium praefides, ne Iudam imitentur, qui loculos (ex quibus pauperibus distribuebatur) ferebat, ac fur erat, ne sicut ille, ita et ipsi pereant. Nouerint ergo se tali maneri ad dictos, non ut sui, sed ut pauperum curam gerant, quos neglexisse, occidisse est, quid subtraxisse, sacrilegii insular est. Et quo uigilantiores in officio sint, singulis annis, aut saepius, magistrati eius loci præsente parocho ratios nem de omnibus reddant. Non meum est (inquit Prosper) dicere, quantum peccatum est eorum qui cibos pauperum sibi usurpant, et unde pauper virtutus erat, præsumendo suscipiunt.

CONCILIVM PROVIN.COLON.
DE SCHOLIS, TYPOGRAPHIS
ac Bibliapolis. Cap. I.



Cœlestie reformatio à summis pariter
et infinis, à capitibus simul et à pars
iudicis ordienda est. Parvuli enim sunt,
qui succrescentes in maiorum locū sub
inde decadentium in reipubli. tam ec-
clesiastice quam secularis administras-
tione succedunt, ut consequens sit, ab ipsis præce
ter institutis reipublicæ perniciem imminere. Quamobrem
summopere refert, ut pueritia, quæ seges est omnium rerū
publicarum, in timore domini ac bonis disciplinis edoceas-
tur. Id quod dominus præcepit Exod. xiii. et Proverbiorū
sextō. Siquidē ea artas nullis aliis usib[us] accommoda per id
tempus colligere poterit et sibi et reipublice luculentum
fructum. In primis autem opere repræstium nobis uidetur, nā
eläcularii illi magistelli, qui in conuicticulis vicatim docent,
prohibeantur, utq[ue] gymnasia illa ac schole minores, in
quibus pueri primis rudimentis imbutuntur, diligenter repur-
gentur, præfectis illis didascolis seu præceptoribus, non tam
eruditis, quā sane doctrinæ, integræ, ac inculpatæ vitæ vi-
ris; Idq[ue] hac potissimum tēpestate, qua innumeræ pestilentes
hereses totā ferè Germaniā summo cū Christianismi ac
reipublicæ detrimēto, iusto Dei iudicio peruadūt, ac veluti
cancer serpūt, quas quū pueri semel imbiberint, difficile,
imo impossibile erit, ut easdem penitus iterum eluant. Nā,
quo semel est imbuta recens seruabit odore Testa dā.

Scholæ inter uisitādū repurgāde ac instituēde. Cap. ii.

Quemadmodum uero didascoli pueros in classics dige-
rent, quæ dein ipsi prælegent, tam ad eruditionem,
quam ad uitam christianam recte instituendam per-
tinentia, nos inter uisitandum pro ratione cuiuscunq; scho-
le trademus.

Apud singulas ecclesias habendus uir eruditus, qui
clericos eius ecclesiæ instituat. Cap. iii.

Olim conciliari constitutione cautum est, ut non so-
lum apud quamlibet cathedralem ecclesiam, sed et
apud alias nimirum collegiatas, quarum sufficere poterunt
facultates, constituatur magister Idoneus qui clericos earum
dem ecclesiarum doceat et instituat. Apud metropolim au-
tem theologum haberi preceptum est, qui sacerdotes ac quofo-
cung; alios in sacris literis doceat. Et in his praesertim insti-
tuat, quæ ad curam animarum pertinere dinoſcutur. Visum
etiam Concilio fuit, ut singulis magistris unius praebenda
pronetus tantisper quoad in docendo persistenter, assignen-
tur. Cuius quidem saluberrimæ constitutionis uix uestigia quæ-
dam apud eiusmodi ecclesias reliqua uidemus. Nam ut scho-
las ipsas reperieris, didascalum tamen uix ullum eruditum ac
pium repereris, & nihil penè stipendiū (ne dicamus unius
praebenda prouentus) illi suppeditetur, quod emendatione
magna indiget. Neque enim haec res leuis momenti est, à
qua totius propemodum reipubli. tum salus, tum pernities
dependet.

qui huic uiro uictum suppeditas
bunt. Cap. iv.

Curandum itaque ut singula Collegia ludos literarios
diligenter instituant, eisque de idoneis ludi magis-

c.i.e.c. qd
nonnullis.de
magist.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

stris ac sumptibus prospiciant, ubi Collegia non sunt, senes
tus & res publica idem curet.

Quemadmodum Academiæ instaurari ac studia ali
possint. Cap. v.

Academias seu Vniuersitates publicas per hanc ha
resum colluuiem misere perire cernimus, quas instau
rari maxime in votis est. Id fieri posse nobis uidetur, si mos
dus aliquis inueniatur, quo pauperibus scholasticis ex eccl
esiasticis stipendiis aliquid possit decidi, Clericos enim illos
conuenit ecclesiasticis stipendiis sustentari, quibus paratum
& propinquorum nulla bona suffragatur. quo insuper pros
fessoribus atq; his, qui in bonis literis, optimis quibusq; disci
plinis, ac in primis Theologic studiis multum profecissent,
spes præmii fieret, Nam spes alit artes.

Pium uotum ad studia subleuanda. Cap. vi.

Concilio
Bajiliensi.

Et quanquam hic articulus a summo pontifice potissim
um pendere videatur, tamen quod in nobis est, cupe
remus omnes ordinarios collatores, praesertim parochialium
ecclesiarum, huc induci posse, ut academiæ potestatem face
rent, significandi subinde ipsi uiros literatos ad regendum
ecclesias eiusmodi idoneos, quos ipsi collatores quibuscumq;
aliis non idoneis preferrent, ac parochiis quum vacarent,
præficere non differrent, modo tamen personaliter residere
non detrectarent. quod si idem apud collegias ecclesias
(qui mense ordinario canonicatus & præbendas conferunt)
obtineri possit, non dubium id plerisque, ad studia capessenda
calcar fore non exiguum.

Decretalem Honorii tertii, quoad eius fieri potest,
renouari eum esse. Cap. vii.

PRæterea non parum huc fecerit, si Honorii tertii dес
cretalis seruetur, nempe ut Canonici ecclesiarum dio-
cēsis nostrę Colonensis dociles ad studia, potissimum theo-
logiæ, per capitula transmittantur, percepturi toto quin-
quennio beneficiorum suorum fructus, non obstante aliqua
contraria consuetudine uel statuto, quū denario fraudari
non debeant in uinea domini operantes, de quo dictum est
partim superius. Ex his enim tandem s̄p̄es non uana concis-
pi possit, aliquando futurum, ut doctorum copia habeatur,
quo veluti stellę ualerent plurimos ad insitiam erudire, et
temporis successu ecclesiam Dei yniuersalem in uita ac do-
ctrina reformatu.

quid curandum in Academiis. Cap. viii.

NEQUE ignoramus multa ac diligentí prouisione opus
esse in Academias qua in primis curari necesse erit,
ut optimi quib⁹ libri in singulis professionibus ac disciplinis
per doctissimos professores statim diebus ac horis vigilans-
tissime prælegantur, enarranturq;. Deinde, ut scholas licet rati-
uendi regulæ præscribantur, nempe ut bonis disciplinis ua-
cent, a pompis, confectionibus, ebrietatibus, aleœ ludis, dis-
fensionibus ac rixis abstineant, ut prodigi esse desinant ac
quisq; se suo modulo metiatur, ut fastum omnem ac doctrinæ
næ supercilium deponat. Nec incipient esse magistri prius
quam fiant discipuli. Quot enim sunt, qui magistrorum ac do-
ctorum insignia ambiunt, ac per ambitum extorquent etiam
qui nuncquam eam artem quam post magisterium profitent-
tur, uel à limine salutarunt, quod quam turpe ac indecorum
fit, nemo ignorat.

Nihil imprimēdū aut redendū, nisi reuism prius. Cap. ix.

Preterea quum per abusum artis impressoriæ librorum plurimum malorum emerferit, prohibemus, ne illi Typographi aut Bibliopolæ quempiam recens æditum librum aut chartam uel imprimant, uel venum exponant, uel uendant publice uel occulte, nisi hic liber reuifus, et charta uel scripturam uel picturam continens, per nostros ad hoc deputatos cōmissarios diligenter perspecta sit prius. Quæ et Typographi nomen et cognomen cōpletantur, atque eam ciuitatem seu oppidum in quibus excussa sunt, nominatim designent. Quæ uero his caruerint, nullo pacto uenum exponantur. Porro Typographi Bibliopolæ ac reliqui librorum insitores ac geruli qui huic ordinationi contrauenerint, præter confiscationem librorum, poenis etiam legalibus ac pragma ticæ constitutioni Augustane subiacebunt. Contra quos in territoriis nostris Fiscalis noster acerrime inquirere ac ad iuſtarum penarum declarationem procedere non omittet.

DE IURISDICTIONE ECCLESIA stica contentiosa. Cap. I.



Nec annos non admodum multos, reformationem iurisdictionis nostræ ecclesiastice sed curauimus, per quam ita temperata ac moderata omnia speramus, ut nemodo de ea, iure queri possit.

Excommunicationis origo et præcipuus usus. Cap. ii.

NE autem quispiam excommunicationis ecclesiasticæ originem ignoret, Primus excommunicationis in ecclesia usus, qualis fuerit, Paulus primæ ad Corinthios, v. manifeste

offendit, ubi Corinthium publice cum nouerca fornican-
tem tradit Satanę in interitum carnis, ut spiritus eius sal-
uus fieret in die domini nostri Iesu Christi. Non tantum
exemplo indicans, sed et expressim iubens, ut qui eiusce-
modi sunt, e medio ecclesiae eiiciantur. Si is (inquit) qui fra-
ter nominatur, inter vos est fornicator, aut auarus, aut ido-
lis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusce-
modi nec cibum sumere permitto. Quin ante discipulum,
ille qui solus vere magister est Christus, eiuscmodi excom-
municationis usum Matthæi. xviii. docuit. quem optamus
in ecclesiam reuocari ac frequentissimum esse. Nempe
ut tales publice ac enormiter peccantes, ne aliis offendis-
culo sint, et notati tandem resipiant extra communio-
nem sacramentorum ac uitæ communis ponantur, donec
ad cor et ecclesie gremium reuersi, suum reatum deplo-
rent. Diuus sanè Paulus grauissime Corinthios increpat,
quod incæstum illum tantisper paterentur. Omnino (inquit)
auditur inter uos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec
inter gentes, ita ut uxorem patris sui quis habeat. Et uos
inflati estis, et non magis lucrum habuistis, ut tollatur de
medio vestrum, qui hoc opus fecit. Non est bona gloriatio
vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam cor-
rumpit. Expurgate ergo yetus fermentum ut fuis noua con-
spersio, sicut estis a Lymi, et cetera que sequuntur. Quod
si denuntiationem euangelicam (qua nulla res salubrior
esse potest, et que nobis non tantum facienda suadetur, sed
præcipitur) frequentaremus, et apostolica præcepta mordi-
cui teneremus, rariores profecto in cœtu, nostro haberemus
adulteros, raptores, homicidas, et id genus alios publice

Ibidem

Matth. 18.

1. Corin. 5.

Matth. 18.

Esaia. 52.
Roma. 2.

CONCILIVM PROVIN.COLON.

criminosos, propter quos blasphematur nomen nostrum inter gentes et scandalizantur multi inter nos infirmiores.

Cur passim in omnes inobedientes excōmunicatio-
nis censura distingi cōperit. Cap.iii.

N.R.B. 17.

IAmendum vero cōcepit excōmunicatio in omnes inobedientes distingi, quod quasi peccatum hariolandi sit, repugnare, et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.

Vsum excōmunicationis in publice criminosos in
lucem reuocandum. Cap.iiii.

VSum ergo excōmunicationis, pr̄fertim aduersus publice criminosos in lucem reuocari conuenerit, Deinde posthac in aliis causis excōmunicatio tantum in maxime contumaces feratur.

quid cauendum in decernenda excommuni-
cationis censura. Cap. v.

Ex concil.
Meld. et al.
uerne. c. ne-
mo. ex. mul-
lus sacer. ii.
q. 3. Ex. cd.
Lug. c. 1. d.
senten. xs
com. in. 6.

Cavebit autem in primis iudex, ne hanc, aliasve censuras ecclesiasticas, uel ex iniustis, uel ex lexibus causis, vel iuris ordine non seruato, uel ex odii fomite profesarat inquam. Quam enim excōmunicatio poena sit, qua nulla maior est in ecclesia, nec sit excōmunicandus quis, nisi pro peccato letali, quod anathema sit eternæ mortis damnatio. Nec infligenda veniat, nisi his qui aliter corrigi non possunt, debebit iudex non ante excōmunicare quempiam, quam cognoverit id, uel causæ gravitatem, uel eius qui extra cōmunionem ponendus est, apertam contumaciam precepto iuslo acquiescere nolentis exigere.

Excommunicatos uitandos. Cap. vi.

Ex concil.
Anti. Carth.
Arelateen.
Brachara.

Volumus autem ut haec censura ab omnibus (iure non tantum humano, sed et diuino id ipsum postulante)

timeatur, utq; excōmunicati in familiari conuersatione uiscentur, & a nemine recipiātur, quemadmodū antiquissima concilia sub grauis reatu incursu idipsum fieri p̄ceperunt.

Non passim contra omnes delatos per Fiscales inquirendum. Cap. vii.

Procuratores nostri Fiscales aduersus neminem inquietant, nisi quem legitima ac frequens grauat infamia, non quidem a maleuolis & maledicis, sed a prouidis & honestis iustitiae zelo cōmotis suborta. quam si non probauerint, condemnentur ipsi, non autem inquisui in expensis. Neq; enim speciem aliquam aequitatis habet, quod ab innocentibus absolutis, quipiam expensarum nomine extorquatur. Alioqui calunnia et iniusta diffamatio, mercedem (quod absit) haberent. Valeant ergo alii maleuoli delatores, depeculatores famae, ac reipublicae pestes. Neq; enim ad petitionem eorum qui libellum infamacionis porrigit, in occulto inquirendum est super criminibus in eodem descriptis. quā inquisitio fieri tantum debeat super illis, de quibus clamores aliqui pr̄cesserint.

Manifesti criminosi pro quaestu nequaquam ferendi. Cap. viii.

Nolumus autem, ut concubinarii, aut alii manifeste criminosi vlo modo quaestu aut pecunie emungendo causa ferantur, tolerentur q; Aut ut paenē pecuniariæ pro criminibus passim imponantur, quod res mali exemplifit, crimen pecunia redimere. Sed reformationis nostræ constitutio, quæ de officio Sigilliferi postrema est, seruetur. quod si interdum vel personæ delinquentis, vel delicti qualitas paenam pecuniariam imponi postulauerit, hæc in pios

cap. cum eo
porteat. c in
quæstionē
para. tertia
dubita. de
accusatio.

Cap. parvo
11. q. 3

CONCIL. PROVIN. COLON.

tantum usus conuertatur, ne magis auaritiae, quam cor
ruptionis causa exacta videatur.

Clerici grauissimorum criminum rei, secundum ca
nonicas sanctiones puniendi. Cap. ix.

Clerici in grauissimis criminibus deprehensi, iuxta
1.Timo.5. canonicas sanctiones puniantur. Expedit enim, ut pu
blice delinquentes ex ecclesiam Dei scandalizantes, publice
quoque arguantur, et puniantur. Quamobrem tales uel
nobis deprehensi vel extra territoria nostra per magistras
tus capti, ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi, dis
gnam sui sceleris poenam recipient. Quod si tam grata
fuerit, ut degradatione dignum sit faciemus ipsos curie
tradi, seculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo se
per flagitia reddiderunt indignos.

De testamentis insinuandis, approbandis ac
exequendis. Cap. x.

Ex con. MO
gun. . si has
red.de test.

In Concilio Maguntino sancitum est, ut haeredibus qui
iussa testatorum non adimpleuerint, ab Episcopo loci ille
lius omnis res quae eis relicta est interdicatur, cum fructis
bus et emolumentis, ut uota defunctorum adimpleantur.
Quamobrem procuratores nostri Fiscales in diocesi nostra
Colonien. aduigilabunt, ut Testamenta, maxime ecclesia
sticarum personarum, priuilegiis ecclesiae nostrae maioris
saluis, intra anni spatium exequitioni mandentur, Utq
intrat idem tempus exequutores testatorum legitimum
calculum reddant. Quorum etiam testatorum insinuatio
nem approbationemque; intra triginta dies a morte sacerdo
tis peti volumus atque obtineri, nisi rationabilis causa lon
giorem dilationem exposcat in præmissis. Dispiciet autem

*Sigillifer noster, ut si quid in quempiam flultum aut iure
prohibitum vsum temere relictum sit, in pium conuertatur.*

Bona presbyteri ab intestato defuncti in piam causam conuertenda. Cap. xi.

Vbi sacerdos nostræ diocesis Colonien. mortuus est intestatus, bona ipsius, præter patrimonialia, quæ hæreditibus cedunt, deducto ære alieno, & funeralibus, in piam causam pro defuncti animæ salute conuertantur.

Portio quæ Archiepiscopo soluitur, minime grauis. Cap. xii.

Ea portio quæ nobis vti Archiepiscopo secundum rationem bonorum (extra quæ tamen patrimonialia immobilia sunt) deducto ære alieno ex more & speciali conventione cum clero nostro inita debetur, nemini grauis esse potest, quod maior Epò secundū canonicas sanctiones portio, q̄ ea est, quæ ex remissione nostra nobis soluitur, debeatur.

Iuramentorum facilis exactio in iudiciis res frenanda. Cap. xiii.

Multiplex illa & facilis iuramentorum exactio, quæ in iudiciis ecclesiasticis fit, nobis probari non possit. Christus inter perfectionis hortamenta ponit & illud, *ut in totum abstineamus ab omni iureiurando. quo colore ergo consuetudo nunc passim iurantium in omni negotio excusari possit, non videmus, nisi aut gruitate negotii, aut necessitate.* Crebris iuramenti raro deest perius, quod grauissime punit Deus. Quamobrem monemus ^{Deute. 5.} Causidicos, ne tam faciles sint in exigendis malitiæ ac aliis iuramentis. Compertum enim habemus quosdam esse tam male christianos, qui in re tam seria ludant ac iuramenta interdum exigant, quibus p̄flii credere nolint. Ne dicamus

CONCILIVM PROVIN. COLON.

quosdam eo uesaniae prolabi, ut iure iuradum exigant, quod malint suspicari, prestanto uiolatum iri quam uere reuerenterq; adhiberi. Quo laqueo, quis pernitiosior esse potest? Admonebit igitur Officiales nostros Caufidicos, atq; alios iuramenta exigentes, ut ea quae iudicarii processus solennitas necessario non requirit, remittant, utq; memores sint, eandem manere poenam temere exigentem, quae manet frustra prestantem iuramentum.

Formula inquirendi haereticos delinianda. Cap. xiii.

Quam haeresum ac schismatum in praesentiarum, ple- na fint omnia, uidebimus operæ pretium facturi, si comunicato cum Inquisitoribus apostolicis consilio, formulam quandam inquirendi iuri cōsentaneam ac tātum negotium decentem, minimeq; captiosam, præscribamus. Quamobrem ea de re nostris iurisperitis mandabimus.

DE VISITATIONE AC SYNODIS

episcopalibus Archidiaconalibusq;. Cap.I.



V V M frustra fint in ciuitate leges, nisi et fint qui eas exequantur, inidem institutiones canonicas inefficaces et languidas esse oporteat, nisi ab Episcopis po et reliquis (quibus ea cura demandata est, et quodammodo uia lex surs, qui et in Euangelio nuncupantur sal terræ) mancipentur effectui. Idcirco visitatione per nostrā diocasim Colonieñ. opus est, quam Deo authore per nostrum in pontificalibus Vicariis ac ipsi adiūctis viros, iuxta pios ac doctos quibus

plenam dabimus in his spiritualibus ac ecclesiasticis rebus ordinandi potestatem, aggrediemur, eodemq; adiuuante Deo peragamus.

quo ordine visitatio instituenda. Cap. ii.

EX superioribus vero liquet plus satis, quo ordine visitatio instituenda fit, Siquidem in primis ab ecclesiis nostris metropolitana ac cathedrali inchoandum. Dehinc singulæ collegiatæ simul cum monasteriis & virorum & mulierum inuisendæ, Post hæc ad parochiales ecclesiæ omnes in nostris ciuitatibus ac diocæsus constitutas (vbi maxima cura opus erit) transeundum, ibi non solum parochi, sed alii etiam (quotquot ibidem commorantur) sacerdotes ac clerici aduocandi, Atq; interim non pretermittendæ scholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperientur, ac postremo hospitalia pauperum diligenter perlustranda erunt.

Quæ vbiq; corrigere oporteat. Cap. iii.

Quae uero oporteat vbiq; sciscitari ac inuestigare, quæ corrigere ac repurgare, quæ statuere ac ordinare, superiores constitutiones abunde docent.

In primis reformandos esse Decanos. Cap. iv.

Quod ad cathedrales et collegiatas ecclesiæ attinet, prima cura erit in reformandis ecclesiarum prælatis, maxime Decanis, Qui si cœci fuerint, cōsequitur necessario, ut hi quibus ducatum præstant, simul in foueam trahantur ac cadant, quod enim ab illis committitur, facile ab aliis trahitur in exemplum.

Inquietos & prælatis rebelles corripiendos. Cap. v.

Et quoniam alicubi tanta est cleri dissolutio, ut prælatis quantumvis bonis ac eruditis, neq; suus honor

CONCILIVM PROVIN. COLON.

neq; authoritas seruetur, intendent Visitatores nostri ania
nuem, ut inquieti corripiantur. qui corripi et obedire nos-
lunt censura ecclesiastica secundum culpæ modum per-
cellantur, donec resipuerint.

In monasteriis quomodo abusus percipiendi. Cap. vi.

IN monasteriis facile percipientur abusus, modo regu-
læ ordinis relegantur, interrogenturq; qui illis præsunt,
nam illis: scilicet simul cum nostris constitutionibus per-
omnia satisfiat.

In uisitatione parochiarum quid agendum. Ca. vii.

Vbi ad parochias ibitur, debet parocho ac populo
paucis ante diebus aduentus Visitatorum significas-
ti, quo tum omnes expediti adsint ac publicæ saluti inten-
dant. Deniq; ea sacramenta ac minera que per solum Epi-
scopū administrantur, expurgati et præparati recipient.

Habenda concio per Visitatores. Cap. viii.

Nec uidebitur inutile, ut Vicarius noster in pontificæ
libus, seu alius ex Visitatoribus nostris. Theologus,
concionem ad populum habeat, cundemq; de omnibus de
quibus utile uidebitur, ex diuinis scripturis per Dei uer-
bum admoneat.

Interrogādus parochus, quo titulo ministeriū gerat. Ca. ix.

Interrogandus deinde parochus, num ipse principalis
rector sit, aut Vicarius mercenarius, aut ordinaria au-
thoritate admissus, nec ne, Vbi Vicarius præfici parochiæ,
videndum quo priuilegio absit parochus principalis.

De vita, moribus et doctrina inquirendus. Ca. x.

DEinde inuestigandum de uita, moribus ac de doc-
trina, quo pacto uerbum diuinum disseminet, ac fa-

eramēta ecclesiastica administret, Et nū omnia calleat quae ad officium suum spectat. Vbi vero minus fuerit instructus, erudiatur maxime in his quae ad disfensionem ecclesiastici corum sacramentorum attinent, præsertim penitentiæ. Subinde inquiratur, num in his deses aut negligens interdum sit, Et num illi necessarius et honestius vietus suppetat, seu digna stipendia exoluantur. Nam si competens vietus deficerit, ad eum modum (vti supra diximus) procurandus erit, aut ad nos referendum.

De habitu tonsura ac reliquis externis uidendum. Cap. xi.

VIdendum deinde de eruditione, habitu, tonsura, ac familiarí conuersatione, honestas familiæ exploranda, libri quoq; omnes inspiciendi, qui si nothi aut suspecti erunt, auferendi ac tollendi sunt.

Num hæresis quæpiam serpat, diligenter inuestigandum. Cap. xii.

In super inuestigandum erit diligentissime, num in tota parochia nullus hereticus aut schismaticus delitescat, nū hæresis aliqua serpat, atq; hic apponenda securis ad radicem, ut seducti per uerbum Dei in uiam ueritatis et ecclesie unitatem reducantur, qui contumaces fuerint, e cœtu cœterorum tollantur.

Num agantur alia, que cum Dei et ecclesiæ instituis pugnant, dissipciendum. Cap. xiii.

Preterea, num in parochia superstitiones, sortilegia, diuinationes, atq; alia id generis, quibus mentes a Deo uiuo per diaboli fraudes seducuntur, exerceantur, num per iuria blasphemiae, adulteria, et similia crimina ob que iratus Deus in nos gladium irę suę uibrat, publicę cōmittantur,

CONCILIVM PROVIN. COLON.
num ecclesiasticæ censuræ contemnuntur, num sint qui parrocho obedire floccifaciant, qui sacramenta ecclesiæ nō participent, Item, num festis dies & ieiunia ecclesiastica rite obseruentur.

De puerorum institutio[n]e & hospitalium cura querendum. Cap. xiii.

DEin videndum quo pacto pueri instituantur, qui præterea sint scholis præfecti. Hospitalium quoq[ue] cura b[ea]tus prætermittenda.

Vitia quibus assueuerint parochiani, acriter corrigeenda ac reseruanda. Cap. xv.

DE uitiis quibus parochiani uel maxime assueuerint, inquisitio facienda, ut per Visitatores uerbo diuino ab his populus a uocetur.

De officio parochi inquirendum. Cap. xvi.

DEniq[ue] expiscandum, num parochus distinctum officium in ecclesia canendo, legendoq[ue] rite gerat, Num sacram baptisma, itidem sacrosanctam Eucharistiam cum chrismate secure ac decenter custodiat, Num vestes & reliqua ornamenta, quibus in diuinis officiis utimur, munde asseruet, Num ipse aut qui ecclesiæ promotores appellantur, templum sartum tectum curent. Num sacris altariis suu[m] honos impeditatur, Num ipsius domus parochialis occurrat, Num de rebus ecclesiæ alienationes faciat. Atq[ue] his similiis, quæ Visitatoribus nostris pro eorum circumspectione & prudenter facile occurrent. Et ex constitutionibus nostris (quas ubiq[ue] pro loci ac personarum ratione rememorari debebunt) suppeditabuntur.

Synodus episcopal[is] anno bis habenda. Cap. xvii.

Et quoniam Visitations istae generales per singulas parochias absque magno sumptu singulis quibusque annis frequentari haud possunt; saluberrime sanctum est in antiquissimis canonibus, bis per singulos annos in singulis provinciis Concilium fieri. Ut primum, ante dies quadraginta habetur, uidelicet, quo omnibus, si quae sunt, simul testibus amputatis, mundum solenne Deo munus possit offerri. Secundum vero agatur ante tempus Autumni, in quo si communis omnium consensu rationabiliter comprobato, secundum ecclesiasticam regulam, duo uel tres annos itate ducti per contentionem contradictant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

Quid agendum in synodo episcopali. Cap. xviii.

TN his ergo Conciliis, anno bis, de his omnibus apud metropolitane, cathedralium, collegiatarum, monasteriorumque praedicatorum, & presertim Archidiaconos, ac quos vocamus Decanos rurales (qui vocati sunt in partem solicitudinis episcopalium) per Vicarium nostrum in pontificalibus ac officiis disquisitio diligens fiat. Et quæ ex illorum studio reformatione opus habere comparentur, communis consilio emendentur.

De synodis archidiaconalibus ac ruralibus. Cap. xix.

DEni ipsi Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicuntur ac Decani isti rurales in suis deinceps synodis, quæ sancta fuerint, in provinciali seu episcopali Concilio publicabunt. Et ad eundem modum (qui in Visitatione prescriptus est) vitius extirpandis ac uirtutibus inferendis siue deant, criminibus publicis, magis per paenitentias canonicas, quam pecuniae exactione puniendis, intenti.

Nice. c. 3.
Anthi. c. 2.
Cöstan. c. 3
Calce. c. 19
c. sicut olim
de accusa.

CONCILIVM PROVIN. COLON.

Officiales Archidiaconorum & Decanos rurales,

viros graues esse oportere. Cap.xx.

Quod ut recte ac prudenter fiat, Archidiaconis nos
stris incumbit, ne vlos inidoneos Officiales aut De-
canos rurales deligant aut admittant, sed ad has fun-
ctiones viros tantu*m* assumant, cum doctrina p*re*st*at*e*s*, tum
vit*e* innocentis, inculpat*ae*q*ui*, qui nullius criminis labe nota-
biles, officium suum irreprehensibiliter exequantur.

*Synodi archidiaconales antiquitatem quandam p*re*-
se ferunt.* Cap.xxi.

Cap. I. de.
offi. archio.
Hunc can-
nē renarrat
B. Rhena-
nus in 1*ro*.
Cenno
Tertulliani

Ex vetustissima quadam inquirendorum criminum for-
mula relictum est, ut Archidiaconi anno bisextili cir-
cumeat, et peccata enormia emendent, que sequitur in
haec verba. In Concilio publico ab Episcopo habito, primi-
tus iurare debent de villis singulis fidelissimi quicq*ue*, liberi
et serui, tres vel quatuor, seu etiam plures, ut rei veritas om-
nino inquiratur. Iuramentum autem illud huiuscmodi esse
debet, quicquid in villa in qua habitat veraciter sciat vel
serio audierit actum contra fidē rectā et Christianitatem;
Episcopū aut eius nuntiū, quātum recordari possit et sciē-
tia subministrat, non lateat. Post iuramentum vero Episco-
pus per singula numerare debet, que prius iuramento com-
prehendit, hoc est. Si vir super uxorem suam, aliquā claus-
culo corrupit, Si cum duabus cognatis, siue mulier cum duo-
bus propinquis fornicata sit, Si cōmatrem spiritalem aut
filiolam suā stupro violauit, Si qua mulier partū suū neca-
uit, vel conceptū quocunq*ue* modo excussit, Si quis cognatura
suū voluntate an casu occidit, seu morbidū fecit, et neandum
ad publicā p*œ*niten*ti*ā venit, Si mulier maritum suum aut:

maritus vxorem suam iniquo confilio interemit, Si quis vi-
rum aut foemina veneno , aut aliqua alia potionē occi-
dit, & qui hoc scilicet veneno machinatur , Si sciant diuis-
matrices vel augures, etiam illos, qui per incredulitatem il-
las inquirant, Si sciant meretrices, quia meretrix appellat-
tur , si uno contempto, cum aliis fornicatur, licet nupta non
sit, Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis cōmunionē
habent, Si illos sciant, qui coniucti sunt perjurium perpe-
trasse, Si & illos nouerint, qui loca Deo non dicata, contra
fidem ecclesiasticā colunt, & ad Christi ecclesias venire
contemnunt, Illos etiam si sciant, qui indictum ieunium ne-
gligunt. Hęc omnia dum Episcopus habet recitata, iurato-
res per iuramentum commoneat, ceteros vero omnes nobis-
les & ignobiles, per bannum Christianitatis constringat,
ut supradictas res minime cœlent, ac si in die iudicii ante
tribunal domini nostri Iesu Christi rei occultatione præfa-
tarum rerum nephandarum inueniantur. Hoc enim indicet
& per bannum contestetur ut nemo per ullius timorem aut
faudrem uel etiam amicitiam , præfata reticeat , veraciter
scita. Neq; per odium, neq; per inimicitiam ullam quicquam
alicui irroget, quod veraciter non possit probare . Horum
aliqua si ante a in præsentia Episcopi allata essent, eiusq; ius-
dicio terminata, & postea iterata, comperta fuerint, veluti
in initio referantur, & episcopali decreto constituantur.

*Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium
observationem . Cap. xxii.*

PRæscripta quidem formulai, quam antiquitatis causa ^{Ioban. 12.}
retulimus, successu temporis in abusum, quod negare
non possumus, deducta est , quod non fidelissimi quip, sed

CONCIL. PROVIN. COLON.

leues delatores, non qui veraciter sciant, aut serio audie-
uerint, idq; a probatis, neq; uno tantum, sed pluribus, hisq;
fide dignis, minimeq; malevolis, sed frequentius absq;
omni delectu vel leues ac fuitiles uel inuidi uel rapaces,
calumniatores, delationi comperiantur asciti. quodq;
pro manifestis criminibus non canonicæ penitentiæ, sed
pecuniariæ potissimum multæ uel delinquētibus fuerint exas-
tæ, permissis interim delinquentibus haud præter graue
populi offendiculū, in publica scelerū infamia perseverare.

Inter visitandum abusus corrigendi. Cap. xxiii.

Quae omnia magna correctione indigent, quam uo-
lente ac adiuuante Deo, inter visitandum adhibebi-
mus, nimirum curaturi, ut uiris exploratæ virtutis
tantum hoc officii delegetur.

Procurationem, suo officio recte fungentibus pendi,
æquum esse. Cap. xxviii.

His autem qui synodo præficiendi sunt, sumptus ne-
cessarios (quam procurationem canones uocant)
per parochianos suppeditare iussum atq; æquum est.

Ex Concil.
Lateran.
Ex Concil.
generalis.
Cap. cū ap. o
stolis. c. pro
curationes
de censib.

Cetera, quæ præsentis Concilii decretis comprehen-
sa non sunt, (sunt autem pleraq; non minorem quam
ea quæ correximus, castigationem postulantia) ea secundū
sacerorum canonum censuram, partim in Visitatione, pars
tim in futuris synodis episcopalibus, Deo dante emen-
dere diligenter admitemur.

F I N I S.

FORMULA

AD QVAM VISITATIO INTRA
Diocesim Colonensem exigetur.



HRISTVS IESVS PASTOR.

ille bonus, qui nemit querere & saluum facere quod perierat, circuibat omnes ciuitates & castella, docens in Synagogis eorum, prædicans Euangeliū regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Videſ enim turbas, misertus eſt eis, quia erant uexati & iacentes ſicut oves non habentes paſtorem. Quæ Chrifli actio, quid aliud eſt, quam noſtra (qui paſtorum munus in Eccleſia gerimus.) inſtructio, & uiua quædam admonitio? nempe, ut eisdem ueligiis incedentes, requiramus gregem noſtrum, quem hac corruptiſſima tēpēſtate partim hærefum ac ſchismatum agminatim in Eccleſiam Dei irrepentium contagione miſere diſſipatum, partim foediſſima ſcelerum, ac malorum morum lue contaminatum ac conſpurcatum cernimus. Atq; adeo nobis requirendi imminet neceſſitas, ut fi in hoc officio diutius torpentes fuerimus, Dominus ſanguinē oiuū alioqui periturarum de manibus noſtris fit exalturus. Sed quid attinet in formulam gerendę uifitationis multis præſuſi. Cuius nedū utilitas, ſed & neceſſitas præterquam quod ſeipſam oſtendit, in Prouincialis noſtri Concilii Canonibus ſatis ſuperq; demonstrata eſt.

IN preſentiarum ergo de ordine tantum rei gerendę dīſpiciemus. Quod non parū referre uifum fit in omni re,

L L L

FORMVLA VISITATIONIS

præsertim magna ac graui decentem ordinem sequi.

Quod autem ad præsens negotium attinet: Ordinē in duobus potissimum cōfistere putamus. Primi, quo progressu loca singula Diocœsos nostræ, in qbus Ecclesie ac domus deo dicatæ, sunt cōstitutæ, visitare oporteat.

Deinde quis ordo cum ad singula loca deuentum erit, in ipsa uisitationis gestione tenendus fit.

DE ORDINE ET PROGRES- SV LOCALI.



Visitationem nostrâ iamdudum ipsi ab Ecclesia nostra metropolitana Coloniën. orsi sumus. quam intra ciuitatē Coloniām per visitatores nostros cōtinuari oportebit, nec ante extra hanc Metropolim nostram progredi, quam uisitatio ibidem undiquaq; peracta fuerit, quod fieri oportere, nō tantū Canones prescribūt, sed et ratio ipsa docet, quæ à principali urbe, atq; adeo in omni re à capite ordiri æquum iustūq; censem. quāuis nec id ipsum scripturæ exēplo uacet. quod Christus uoluerit Euāgelii pēdicationē ab Hierusalem incipere. Deinde in omnē Iudeam et Samiam, deniq; usq; ad ultimum terræ propagari.

Intra Ciuitatem nostram Coloniën. in primis iniuisenda et reformanda est Ecclesia nostra Metropolitana, quod facere (ut iam diximus) ipsi cœpimus, ac deo dante perficiemus. Visitatores autem per nos delegati, in primis de loco idoneo conueniant, ubi habita consultatione dissipient ante omnia, ut officio nostro (quod partim Vicarii nostri in pontificalibus, unus ex Visitatoribus delectis, partim Of ficialis, partim Vicarii nostri in spiritualibus gerunt) iuxta

censuram Canonum Concilii nostri Provincialis satisfiat. quo etiam uocandi erunt, qui in functionibus hisce subministrant, quatenus videbitur opus. Et in primis Procuratores Fiscales. Dein adibunt Ecclesias collegiatas. Subinde ad monasteria transibunt, et virorum, et mulierum. Posthac ad Parochias ibitur, proximum loca hospitalia occupabit. Postremo, Vniuersitatis ac Academiæ nostræ Ciuitatis conuocatio, et visitatio quoq; haud prætermittenda, modo tamen ei, nostra ope videbitur opus ad studia subleuanda. Pædagogia quoq; omnia em apud Collegiatas, quam Parochias Ecclesias constituta, iniuisenda. Et quoniam Scholis cohaerent Bibliothecæ, nec harum perlustratio negligenda erit.

Potquam peracta fuerit in nostra Ciuitate Colonie Visitatio, ad oppida et uicos dioceſeos nostræ eo ore dñe, quem locorum situs aptiorem demonstrauerit, aut Visitatorum conditio commodiorem reputauerit, perducenda, sic ut à vicinioribus sensim ad magis diffita, ac remota videret loca properetur.

Et hic idem quæ in Ciuitate nostra Colonie, obseruandum præscripsimus ordo, quadâtenus fieri potest, seruandus est. Numiri ut in oppidis insignioribus, ubi ecclesiæ collegiatæ, monasteria, parochiae et reliquæ piae domus res perientur, eodem progressu Visitatores nostri incedat. Porro, si commode omnia oppida adiri possint, præsertim populosa, tum id ut fiat, non inutile sanè fore arbitramur.

Quod ad uicos attinet et modica oppidula, quæ omnia cōmode adiri non poterunt, hic modus seruadus est, nepe ut Visitatio p singulos archipresbyteratus distribuantur, sic ut visitatores accessitis i archip̄sbyteralibus.

FORMULA VISITATIONIS

sedibus archipresbyteris, qui parochiarum ipsis subiectorum exactam notitiam habent, eidem ut indicibus utantur, præsertim in hoc, num sufficiat ut parochi ei sedi subiecti, cum presbyteris ex clericis, concomitantibus aliquot parochias nisi potioribus, ad ipsam archipresbyteri sedem omnes eum ceterum. An uero referat, ut quidam sigillatum insentur. In hoc enim habenda discretio est, secundum populi vel multitudinem vel paucitatem, Deinde habenda etiam ratio necessitatis, quod uicus quispiam, aut ob unam, aut ob aliam causam presentis visitationis remedio magis etiam quam oppidum aliquid opus habere possit.

Ceterum, si nulla sit præcipuaratio quæ exigat visitationem in singulis oppidulis, aut uicis presentiam, post peractam visitationem in una sede archipresbyterali, ad aliam uicinorem uti locus ex res postulauerit, transcedendum erit.

De quibusdam initio curandis, quæ utrumque progressum expeditiorem reddent.



N primis dabimus Visitatoribus nostris præscriptam mandati formam, sigillo nostro publico communictam ac autenticam, qua omnibus suæ missionis ac functionis certam fidem facere possint, quod est anime omnia necessarium, non tam ad conciliandam ipsis ubique autoritatem, sed ex ad retinendū ecclesiasticę regule uigorem, quę facta missionis indubitatū testimonium requirit.

D Einde cōuocabimus Clerū ciuitatis nostre Coloniensis. Ad locum Visitatoribus nostris opportunum, ubi ipsi visitatores post nostri delegatorii mandati ostensionem, eos eius Cleri animos ad visitationem, quam statim aggredien-

tar, præparabunt, ut singuli ad Visitatorum aduentū parati sint, ad recipiendos eos nomine nostro, Ipsiq; ut dei ministri, in ecclesiæ nostræ causa omnium maxima, auscultandū ac parandum. Postulabūt quoq; Visitatores nostri Cleri cō filiorum, quo res tāto maturius ac expedientius procedat, quā eo fuerit plurium consilio et ascensu comprobata.

Quod ad collegiatas ecclesiās ac monasteria attinet, Visitatores nostri, nullis ex civili magistratu opus habent, qui ipsis adfint, sed in parochiis, hospitalibus, scholis ac bibliothecis visitandis, cū ibi magna ex parte res populi ac plebis tractanda ueniat, proindeq; populis, multa reformatione egens, hic potissimū aduocandus fit. Videbimur operē pretium facturi, si ex Senatu ciuitatis nostra, quosdam bene Christianos et integros viros, deligi ac Visitatoribus adiungi curemus, qui uisitationi aderunt, non ostendendae uirtutis, aut potestatis causa, sed tantum ad confirmandam fidem et ad multitudinem populi, attractam in eerdam prauis institutionibus, ac dissidentem compescendum, ne officio uisitationis per improbos illudatur.

Proinde ut eandem ob causam intra ditionem illustris ducis Clivēn, unus aut alter ducalis Consiliarius, vir pari fidei, ac morum integritate, authoritateq; pollens, Visitatoribus nostris non aliter tamen q̄ prædiximus, adiungetur, ut referre admodum putamus, ita ut fiat cura nobis erit.

Prostero sub uisitationem edictum publicum, q̄ late se nōstrae diœcesi ditio porrigit, proponemus. Et ut in eandem sententiam per durem Clivēn, intra pomeria suarū ditionum publice uere, curabimus, quo subiectis omnibus, ut aduenturos Visitatores ob functionem dei quā gerūt reue-

FORMVLÀ VISITATIONIS

Yenter recipiant ut omnes malæ uoluntatis præsumptores forsan repertos (qui uisitationis progressum ausi fuerint, aut uerbis, aut facto impedire, seu incessere) comprimant, ut deniq; Visitatores ingredientes, egredientesq; secure deducant, omnem iniuriam propulsuri. Idq; sub grauissimarum pœnarum non tantum ecclesiasticarum, sed etiā ciuilium incursu, ut factiosi ea quā metuit magis pœna cōprimatur.

Deniq; Visitatores priusq; ab uno ad alium locum progrederiantur, aliquot ante diebus suum aduentū Clero & plebi eius loci significabunt, maxime uero ubi ad Archis presbyterales sedes eundum est, Archipresbyteris aduentū denunciandus mature est, quo ipsi Parochos sub sua sede constitutos ad diem præstitutum commode euocare possint.

Erumq; omnes admonendi quo se ad visitatorū aduenētum expeditos ad rem, quæ pro manibus est agenda, reddant. Vbi autem ad Parochias ibitur, sub aduentum, ut qui uolent Sacramentum confirmationis recipere, ad illud se præparent, ut qui grauatae conscientiae remedium adhiberi velint, aut consilio opus habeant in re quacūq; perplexit, conscientiae tranquillitatem perturbante, ii ut die designata cum bona fidutia adueniant, seq; audacter Visitatoribus præsentent. Deniq; hortabuntur populum, ut mane eius diei quo ipse populus uisitandus est, ab omni seruili opere cessetur, quo omnes ad Ecclesiam accedant ad capiendum cibum, qui non perit, hoc est, ad percipiendum ea, quæ ad suarum animarum salutem pertinebunt.

Vbi ad locum uentum erit. In ecclesiis Collegiatis, ac Monasteriis conuocabuntur omnes, ad domum Capitularē. In Parochiis uero Parochus & Clerici ad Sacra

stram, si tamen ad conueniendum ea domus idonea fuerit,
populus vero in medio templi interrogandus, audiendus et
instruendus est, in eum qui sequitur modum.

Voniam Visitatores Christi legatione funguntur non
quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt quæ futuri, ac cū
Paro dicturi. Nō enim quærimus quæ uestra sunt, sed uos,
Dignum iudicamus ut initio ipsius gratia et misericordia
imploretur, cuius opus geritur, sine quo aliqui nihil facere
poterimus. Quamobrem principio missæ sacrum, pro ratio
ne loci, aut decanteetur aut legatur. Idq; devote magis quam
externo apparatu, quo populus tātū ad pietatē accēdatur.

Secundo: Cum Visitatoris officium sit instare prædicati
stionis, exhortationi et doctrina, ut referat fructum quæ
non perit, post finitum sacrum per Vicarium nostrum in pō
tiscalibus, aut si is defessus fuerit per alium ex Visitatori
bus sermo commonitorius habeatur, ex ipissimis sacrī lite
ris, sincerissime, omissis tropis ac allegoriis, præsertim non
admodū aptis, de prōptius, rei, psonis ac locis accōmodus, qui
ad populum habēdus, cantissima circūspectione moderādus
est, secundū ouium palatum, hoc est animorū affectus, opis
mōnes, et uitia, quæ licebit statim post aduentū à Parocho,
aut Archipresbytero expiscari, ubi populus à cōtagione dā
natæ doctrinæ, adhuc integer est, tātū corruptis moribus in
quinatus, ibi consultius in recēsendis prēceptis dñicis, coar
guēdis (in spiritu tñ lenitatis) peccatis, p̄fertim iis qbus po
pulus ille potissimum seruit, incitationē, ad pœnitētiā, et breui
explicatiōe fidei catholicę, cū decēti cohortatiōe, ut in syna
ceritate fidei, doctrina Christi et ecclesiae, ac obseruatiōe p
ceptorū dei p̄seueret. Et i primis, ut suis tam ecclesiaſticis, q

FORMULA VISITATIONIS

Civilibus Præpositis, Rectoribus & Potestatibus debitum honorem & obedientiam præflet. Vbi uero Visitatores cō pererint parochiam aliqua hæresum contagione infectam, ibi primas partes fidei nostræ explicatio obtinebit. Vbi uero ad eos articulos uentum erit ; à quibus uidebitur præue corruptione discessum (Nam quotquot sunt hæreses unico Apostolorum symbolo retunditur) ubi diutis immorandum est, & quid ille articulus credendum proponat diligēter ex plicandum, & tum quasi per occasionem & obiter, hæresis suborta per paucos scripturę locos, nō remotius petitos, quē nulla detorta interpretatione eludi possint restudēda, aſtrus da ueritas est, & coarguendus error. Deniq; populus per concordem ecclesiæ diffinitionem, quæ ex aliquo Decumeno Concilio petenda est confirmandus. Deinde coarguenda scelerata sunt, & uia mandatorum dei indicanda. Et hic præcipue ille locus erudita pietate ac docta breuitate tractandus. Nempe idcirco à deo per spiritum sanctum fidem nobis donari, ut per fidem mandata diuina adimplere possumus. Atq; adeo necessarium esse ut fidem charitatis opera comitentur, ut præter hæc fides non uiua, sed mortua dicatur, factaq; cohortatione ad penitentiā & fructus penitentie dignos, sermo ea cohortatione qua prior, finiendus est.

Postremo ad deum publice porrigenda oratio est, & commonendus Clerus ac populus, ut idem apud deum oret, in hanc uel similem sententiam.

OMnipotens semperne deus qui & si corda nostri omnium, ad exemplum tamen nostrū descendere ac uiderem uoluisti, an populus sceleratus clamorem qui ad te peruenerat opere complexisset. Qui filium tuum unigenitū in

terras ad requirendum et seruandum, quod perierat, misericordia. Et per eundem, omnes qui gregis pascendi curam suscepserunt, et opere et uerbo ut idem sedulo agerent admonitioni fecisti. Te suppliciter exoramus ut nobis indignis famulis tuis pro tua ineffabili pietate gratiam diuini luminis tui clementer infundas, labia aperias, linguam dirigas, omnesque actus et cunctas operationes nostras tua uirtute instruas, et conserues visitationis munere ad quod in nomine tuo accincti sumus, spiritu tuo cooperante, et beata Maria virgo genitrix filii, et omnibus sanctis tuis intercedentibus ad Catholicæ fidei robur et exaltationem, charitatis augmentum, ac profectum haeresum ac vitiorum eradicationem sui Clericorum populi repurgationem et salutem, ecclesiarum tranquillitatem et conseruationem; ac deum ad tui solius nominis laudem et gloriam sempiternam, recte perfungi maleamus, per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in unitatem eiusdem spiritus sancti deus, per omnia seculorum, Amen.

POsi hæc ad peculiares visitationis actus progedientiam dum est. Idque certo quodam ordine. Et quanquam in hoc variant, nondum qui de visitando scripserunt, sed etiam ii quorum consilii in hac re usi sumus, quibusdam existimatis. Ab inquisitione vitiorum ordiendum. Deinde poenitentiam populo indicandam. Postremo faciendam reformationem, et dannam populo benedictionem. Quibusdam uero sententiis bus exteriorem templorum ac aliorum suorum locorum fas ciem contemplandam ac repurgandam, ac deinde ad reliqua ex ordine transcendum.

Quanquam autem uterque ordo Christianissimus et à Ca-

FORMVL A VISITATIONIS

nonicis scripturis ac regulis minime dissentiens sit, tamē pro ratione temporum & morum pr̄sentium, ita nobis agens dum uidetur.

Primum ut singulis hominū ordim̄bus, sigillatim ac gratiā datim Canones Conciliū nostri provincialis, quemadmodum illi quenq; secundum suę uocationis cōditionem respiciunt, diligenter ac diserte relegantur, ac ubi opus erit dō lucidius exponantur, utq; deinde diligēs fiat inquisitio, num quilibet ad eorumdem Canonum regulam professionem & uitam suam hactenus instituerit, et instituere pergit. Nam statim ab inquisitione criminum incipere, tale nobis uidetur ut uideantur multi hinc auertendi. Nec id nouæ reformatio- nis conscribendę gratia ut fiat, necessarium putamus cū iam compertum sit in omnibus iis esse peccatum, de quibus consilium nostrum prospicere opus putauit. Adde q̄ hic agendū modus scripturis atq; adeo instituto Christi ac SS. Apostolorum admodum consentaneus nobis adparet. Nam siue ueteris testamenti Reformatores (quales post diſcessiōnē Israel ab Iuda usq; in tempus captiuitatis Babylonicæ Iosaphat, Ezechias, et Iosias, post captiuitatem uero Iesu Zorobabel, Esdras et Nehemias fuere, siue Christum et Apostolos eius spectemus, semper hic ordo seruatus comperietur, ut doctrina, uel veteris, uel nouæ legis inciperetur. Sic enim 2. Parali. cap. 17. legimus. Tertio autem anno regni sui Iosaphat misit de principibus suis Benail et Abdiam et Z. et chariam et Nathanael et Michæam, ut docerent in civitatibus Iuda, et cum eis Leuitas et sacerdotes, docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis domini, et circa

ramibant cunctas urbes Iuda atq; erudiebant populum. Breueri ubiq; fere reperias librum legis principio lectum, post librum lectum ad inquisitionem processum, et factam secundum legem separationem, quemadmodum. 2. Esdræ ca. ultimo videtur est. Neq; id absq; magna ratione. Lex est enim qua ostendit peccatum, sicut Paulus ait per legem cognitio peccati. Adeo ut frustra de peccatis inquiratur, nisi per legem arguantur, qui est gladius biceps pertigens usq; ad divisionem animæ et spiritus. Itidem Christus cum circuaret omnes Civitates et Castella, primum docuit in synagogis eorum predicans Euangelium regni, deinde curauit omnem languorem. Et ut cetera fileamus, Actuum. 16. legi inuisi. Cum pertransirent Paulus, Silas et Timotheus (diuinitati Visitatores) Civitates, tradebant eis custodire dogmata que erant decreta ab Apostolis et senioribus qui erant Hierosolymis.

Quoniam obrem Visitatores quoq; nostri primum trahunt Decreta synodi nostre provincialis, quæ nihil aliud quam legem domini et dogmata Apostolica continent, hoc enim agentes, et authoritatem sibi conciliabunt, et ab omni suspitione longe erunt alieni qui nihil proponent, uel exigent quam quod est synodica sententia per patres unanimiter conclusum.

Vo facto Visitatores autoritate Dei iubebant, ut singuli de seipsis, etoq; eius ecclesiae quæ uisitatur statu, interrogati sincere depositus omnibus humanis affectibus, amore, odio, spe, seu timore,

FORMVL A V I S I T A T I O N I S.

sola ueritate innixi euidenter quæ corrigenda videbuntur, referant. Nulli tamen crimen imponant, quod probari non possit, ne eiusdem criminis reatu ac poena, cuius proximum falso deferre conuicti fuerint, se inuoluant. Atque subinde iuste quirendum. Num sciant aut credant aliquid in ea que visita cur Ecclesia reformationis uel correctionis tam in capite, & in membris indigere.

ET quo haec inquisitio omni conuentionis dedecore uaeet, per Visitatores, non solum ex Clero (cum de eius uite ex doctrina) sed & ex populo (cum de ipsis fide & conuersatione inquiretur) quidam qui ad ueritatem dicendam magis apti videbuntur diligendi, ac sigillatim & secreto super singulis articulis, ac aliis de quibus operae precepsu[m] videbuntur monopodium quod infra sequitur, interrogandi sunt.
 Aq[ue] hic iterum nobis talis agendi ordo convenientissimus appareret, ut secuti præceptum domini, primum de his inquisitionem insituamus.

Primo, que nam ad repurgationem animorum facere debuntur, Mundemq[ue] prius quod uetus est calicis & pa-rophidis ut fiat, & id quod deforis est mundum. Nam ipsi homines Christiani in unitate fidei per uinculum charitatis cōgregati, reuera sunt ecclesia uisitanda. Et tēplum illud quod peculiariter spiritui sancto dedicatum esse debet.

Secundo, Deinde ut de exterioribus ritibus, aliis rebus uel ad conseruandam, uel ad dissipandam tranquillitatem facientibus queratur.

Tertio. Denique ut dominum dei, hoc est templorum & gliarum sanctorum ædium exteriorem quod p[ro] faciem contemnatur. Illa enim oportet facere, hoc uero non omittere.

GENERAL E.

Vbi reperientur beneficiorum Ecclesias licitorum Collo-
fores, Electores, patroni laici, et Archidiaconi, iis ge-
neratim praelegantur, & incidentur. 1. 2. 3. 4. &. 5. arti-
culi sub titulo, de impositione manuū. Speciam autem col-
latoribus, articu. 6. Electoribus. 7. 8. &. 9. Patronit. 11.
14. &. 15. Archidiaconis. 12. &. 16. Super quo tamen
necessē erit cum ipsis latius agere & inquirere, entendas
req; uitiosa, quoad fieri potest. Si Archidiaconi refūtā ad
nos referre. Præterea ipsi proponetur articu. 26. sub titulo
de Metrop. Cathedr. & Colle. Eccle. Itidem inculcabitur
omnes articuli, sub penulti titulo. De iurisdictione Ecclesia-
stica contenti. Similiter. Idz. cum egeris articulis sequenti-
bus, sub titulo, De visitatione ac Synodis Episcopalibus, Ar-
chidiaconalibusq; comprehensi.

ALIVD.

Quanquam ad visitatione executionem duo requirā-
tur: Instrutio scilicet & Coertio Doctrina & vir-
ga disciplinæ, quæ pari gradu incedere oporteat,
quia tamē hæc visitatio nostra, noua & rara est, populusq;
tam delectat habet dñs, ut omnis se feret increpationis,
præfusq; ad pœnitentiam cordis conuersus fuerit, sit impa-
tiens. Propterea hortamur Visitatores nostros, ut Paulinæ
sententiæ, & exemplam potissimum spectent, nempe, ut sint
patientes ad omnes, consolentur pusillanimes, suscipiant in-
firmos. Post, non omittant corripere etiam inquietos. Expe-
dientiamenim est, ut Visitatores nostri nunc omnium primi,
potius videantur in charitate et spiritu mansuetudinis ac pa-
nitatis, q; in uirga uenisse. quare præcipua eorum cura erit,

FORMULA VISITATIONIS

ut contristent quidem eos ad quos mittuntur, sed secundum
deum ad penitentiam & salutem. Coertio tamen (ut dixi-
mus) moderata, maxime in contumaces nequam emis-
tenda est, aut ad nos referendum.

DE VISITATIONE EORVM QUI NO-

stro officio funguntur.

VIcarius noster in pontificalibus suipsum Visiator erit.
Respicunt officium eius Canones sub titulo, De im-
positione magnum, à. 16. usq ad 30. Quare super singulis
articulis se concernentibus cum collegiis suis maturè consil-
tabit, ut omnia que illis continguerint, ad suum effectum de-
ducantur.

Sed interim hic duo erunt per Visitatores agenda. Pri-
mum conferetur cum Scholastico ecclesie nostra ut illi
fuis Comissarii (quos ex huic rei idoneos esse volumus) Vicer-
ario nostro adiungendos, mandatum faciat his deeretis pa-
rendi. Deinde ut diligenter unus aut duo Theologi, qui his
rebus uacare possint, relaturi à nobis sui laboris mercedem
quorum conscientiam in re tanta onerare cogemur.

Officiali nostro proponentur articuli sub tit. de impo-
sitione manuum, à. 30. item sequent. usq ad articu-
lum. 35. Deinde omnes qui sunt sub titulo. De iuris distri-
butione Eccle. contēti, Admoneaturque ut easdem articulos tam ipse
seruet, q̄ per alios sibi subiectos obseruari faciat. Præterea
aduocabuntur Fiscales, quoniam sunt aliquot articuli, qui ille
lorum officium peculiariter concernunt. Dehortandi ab os-
mini auaritia, ac cohortandi, ut uigilantissime prospiciant,
ne alicubi à nostris decretis prava prævaricatione discedat
tur, quibus si quid deerit, nos supplebimus, de quo ad nos re-

feratur. Deinde interrogabitur Officialis, an reformatio
ne iurisdictionis ecclesiastice, per nos promulgatae, per os
omnia pareatur. Admoneaturque ut si alicubi cesseretur, id
suppleatur.

Vicariis nostris in spiritualibus proponendus est articu
lus. 35. sub titulo. De impositione manuum. Et dilig
enter cōmonendi, ut in omni permutatione beneficiorum.
De statu, &c. qualitate personarum, de conditione beneficio
rum permutandorum, & quis affectus cōpermutantes mo
veat ad permutandum, & quae conditiones intercesserunt,
et fit permutatio reuera fūcys, an uera permutatio, an ue
lant in cōpermutandis beneficiis refidere, aut illius per alios
saltē satisfacere, an potius pecunia principaliter queratur,
uel iam data, aut per extinctionē danda, atq; adeo, an quae
stus tantum aut luxus causa permutatio fiat, inquirant. Idq;
anteq; recipiant iuramentum. Alioqui rei essent criminis, in
quod consentiendo saltem facientibus incident.

Cum extra quadragesimam &c. aduentum domini Vis
carius noster in Pontificalibus, paucis diebus cōcione
tur. Nos uero ex animo cupiamus perpetuum uerbi concio
natum, uirum doctum & integrum, tam necessario mune
ri, in ecclesia nostra Metropolitana præficere. Idcirco Visi
tatores, post maturam mutuo habitam deliberationem, ad
nos referent, quo pacto per unionem, aut suppressionem ali
cuius beneficij ecclesiastici, cuius redditus talem uirum ale
re possint uoto nostro satisficeri queat. Quod non tam pium,
quam necessarium putamus. Nam hic futurus erit dux gres
sis, quo instruente ac arguente, Clerus ac populus tandem
sanctis decretis assuerint.

FORMVLA VISITATIONIS
DE VISITATIONE ECCLESIARVM
collegiarum tam extra q̄ intra Coloniam consti-
tutar, quę ad instar eius, quam nos in Metro-
politana nostra cępimus, peragetur.

Post missæ sacrum, Concionemq; in dos-
mo capitulari babendam, atq; alia solan-
nia per Visitatores, omnes articuli, sub
titulis. De officio priuato ac publico cle-
ricorum. Item sub titulo, de Metropolis
tanis, cathedralibus et collegiatis ecclesiis, et in his mihi
stranibus. Primum toti collegio integre ac diserte prælegē-
tur. Deinde uiris illis integris ex collegio, ut prædictum est
ad inquisitionem faciendam delegendis Summaria tantum
articulorum distincte repetentur. Sic tamen ut articuli illi
qui tantum Ecclesias intra Coloniā constitutas concernunt,
extra Coloniam omittantur. Fiatq; diligens ad singulos ar-
ticulos (quę factum respiciunt) inuestigatio. Qua nam in
parte aduersus vnum uel alterum peccetur, atq; ibi appoz-
nenda manus, ubi lapsus compertus fuerit.

Referatur ad nos de correctione Breuiarioꝝ et Missallio.
ITem contendant Visitatores inspicere statuta Ecclesias
rum, et quę minus iusta, ac sancta erunt, resecare. quod
si capitula reclamauerint, uel in toto, uel ex parte, ad nos
referetur. Præterea, contendant modum imponere annis ca-
rentie, ubi reclamatum fuerit, ad nos referent reclamatio-
nis causas.

DE obseruatione capitulorum, iuxta articulos diligens
ter inquirent, maxime vero, manu fint in capitulis diffi-

dia

*dia ex contentiones. Num prelati omnium uota audiantur,
Num favore, aut odio, aut alio depravato affectu quorundam priuatorum res gerantur, et an expectetur omnium sententia, aut etiam condemnatur, quantumvis causa ecclesie utilitatem respiciat.*

Item an fundationibus piis quarum praetextu quotidie nrae distributiones percipiuntur, satisfiat. Et his fundationes exhiberi debent, et per nostros Visitatores inserviri, ut scilicet negligientiae suppletione opus fuerit suppleatur.

DE DECANIS.

Anne omnia Visitatores se de conditione ex iudicibus Decanorum certiores reddi curabunt. Nam hi si certi fuerint, consequitur, ut grex quibus ducatum presentant in præcipitum cum ipsis ruant. Quare inquirant potissimum, an bonum exemplum frequentando Ecclesiam, et bene uiuendo cæteris præbeant. An Ecclesia laudabilia statuta faciant obseruari. An ea quæ inordinate et vitiouse sunt, feruenter reprehendant. An citra personarum acceptiōnem excessus puniant. An negligentes in monendo Ecclesie personas, tam quod ad diuinum officium, quam quod ad uitam et mores attinet, sint.

Hoc Visitatores summo serio demandabant, ut quæcumque diligentissime respiciant, quo decretis Concilii in omnibus et per omnia pareatur, utque cum necesse erit, et consilium et auxilium capituli aduocent. Quod si ipsos audire noluerint, ut tum ad nos referant.

Quod si inter visitandionem commissarii nostri inquietos quosdam, et rebellis Decanis ac Prelatis repererint, hos castigabunt et ad obedientiam reducent.

MMM

FORMVL A VISITATIONIS

Si reduci nolunt, eos nostro nomine ab officio ex beneficio suspendent, donec nobis suspensionis relaxationem obtineret mereantur. Decani (quibus cura animarū commissa est) interrogandi, cui administrationem sacramentorum commiserint. Ab aliis quoq; inquirendum, quemadmodum ille officio suo satisficiat, immo exhibenda persona est. Quae res scire poterit, quid correctione egeat, tam quod clerum, q; quod ad familiam attinet, non discutiendo personas.

DE PRÆPOSITIS.

Nec interim præterea di erunt Præpositi (quod ad dignitatis gradum attinet Decanis ex more prælati) Nam ubiq; fere hi dissoluiorem uitam gerunt, ignorantes, aut dissimulantes ad quod munus sint vocati, cuius admonebuntur.

Nam ut de ecclesiæ redditibus luxurientur, non sunt instituti, sed ut ecclesiæ suo sumptu ac opera descendant. Et ut excusat eos coram hominibus, mos aliquis nō satis legitimus à frequentanda ecclesia, præsertim, cum per ecclesiæ negotia minime retrahuntur, admonendi tamen sunt, ut cogitent suam desidiam nō ita comprobari deo, sed iustum esse, ut officium gerant, propter quod datur beneficium, utq; dei milites, non seculi se esse meminerint.

Inspicienda eorum iuramenta.

Inspiciendæ separationes, ex num illis pareatur.

Ad habitum quoq; ex consuam clericales renocandi.

DE SCHOLASTICIS.

Quærendum de Schola: Qualis nam illæ habeatur, qui sint magistri puerorum. An eruditi satis, an ab omniis in sincera doctrinæ suspitione longe alieni.

AN fieri possit ut iuniores Canonici, qui rudimenta non satis callent ad scholas hasce relegari possint, uidendum, seu saltem ut lectiones aliquot priuate per illos inserviatur, quas semotis pueris horis quibusdam delectis audirent.

Quod ad Scholasticum maioris ecclesie attinet, nos mis debimus, quanquam de scholae theologicæ statu ad nos res ferri uelimus.

DE MAGISTRO FABRICÆ.

Querendum ut sit fabricæ prouisum.

Si minus prouisum sit ex communibus redditibus per pben dā (ut uocat) currente, parideatur, ut sara recta teneatur.

DE CVSTODE.

AN Custos (quem alibi Thesaurarium, alibi sacrifia appellant) uasa atque alia ecclesiae ornamenta diligenter faciat conseruari. Et de ablutione pallarum, quemadmodum habet articulus ultimus, de Metrop. & Cathe. ac Col legi. Eccles. ac infra latius dicemus.

DE CANONICIS.

Satis superq; in Concilio prouisum est, de ipsorum uita & conuersatione.

DE VICARIIS.

Similiter, cogendi illi interim sunt, ut fundationes suarum uicariarum exhibeant. Quibus relectis, ubi in officio cessare comperti fuerint, adigendi, ut illi satisfaciant.

DE RELIQVIS MINISTRIS. QVOS

Cam panarios ac uirgiferos uocamus.

HI posthac suo officio personaliter perfungentur, nisi uel cœtate, uel morbo impediantur, aut idoneos delegent arbitrio Decani & Capituli admittendos, aut reiiciendos.

FORMULA VISITATIONIS

De collegiis Canonistarum Secularium.

Collegia Canonistarum, quæ seculares vocari delectantur, ad instar collegiorum quæ virorum sunt, suos risus habent. Proinde multa sub praecedenti titulo, quæ ibidem, quemadmodum virorum Collegii ad censuram Concilii revocanda sunt.

Maxime autem uidendum, ut uita illa licentiosa sub Canonum regulas trahatur. Quod fiet si in spiritu lenitatis ex scripturis, sui officiis, imo saltem uitæ Christianæ admoneantur. Nam nisi per uerbum ad pietatem trahantur, minæ hic proderunt parum.

DE MONASTERIORVM VISITATIONE.

Peractis Missa ac Confessione, qua ad Christianam & mundiam charitatem, mundi contemptum, & uotorum suorum obseruationem, ad pacem denique & tranquillitatē comitouebuntur, in domo capitulari habenda per visitatores. In primis abbatibus ac aliis Monasteriorum prelatis seorsum paulisper receptis, Duodecim priores articuli sub titulo de uita & conuersatione monastica recensebuntur diligenter; cohortatione illi monendi sunt, ut hisce decretis tam in nouiter recipiendis monachis ac uelandis monialibus & in reliquis omnibus se se attemperent, pecuniam pro receptione ne extorqueant, utque in iis ad quæ ipsi corrigenda non sufficerint, implorent nostram autoritatem.

Vbi visitatores nostri, Abbates ipsos repugnantes res pererint, ad nos distincte referant.

Et præsertim nostro nomine in eo erunt, ut sumptuosi illi p̄positi abrogetur, Quod si in ipsorum potestate non

fuerit, saltē ad nos referēt post uisitationē, qd factō opus sit.

Vbi hæc cum prælatis acta fuerint, Regula ordinis, simul cum formula uisitationē, si habeatur, petenda est atq; relegenda, sic tamen ut influantur regulam & doctrinam Christi solam esse quæ dicit ad uitam, regulas vero monasticas expeditiorem tantum semitam indicare, qua facilius uiam domini inambulare pergamus. Confidente iterum toto conuentu, cum prælatis præmittenda est illa generalis adiuratio de non occultanda, sed sincere dicenda veritate. Deinde semotis arbitris.

Interrogetur Abbas, aut eius loco moderator Cœtus.

Vando proxime uisitatio obseruata sit, & an diligenter, regulā, ac Monasterii statuta obseruari procuret, an pax inter frēs, cōuersos denotos ac familiares effloreat. Dissidii si qd fortasse fuerit, origo pquiratur & emēdetur.

Interrogetur Prior.

De obseruatione diuini officii. De obedientia, paupertate, continentia, silentio. Communi mensa, Mutua reverentia, Mutuo colloquio, Hospitum accessu.

Interrogentur fratres sigillatim.

- 1 De uita & conuersatione Prælatorum.
- 2 An uisitatio proxima rite obseruata sit.
- 3 An Prælati quæ ad obseruationem religionis & ordinis pertinent, diligenter persequantur.
- 4 An uitia fideliter corrigāt citra acceptiōnē psonarū.
- 5 An honeste cum laicis conuersentur.
- 6 An bonum exemplum suis subditis præbeant.
- 7 An i obseruādis, ordinis regula, ac statutis sint feruētes
- 8 An desides sint, an eadē ad xpianā pietatiē moderētur.

- FORMULA VISITATIONIS**
- 9 An fratres ad studia sacrarū literarū sedulo inuitēt.
 - 10 An pacem, tranquillitatem & concordiam inter omnes sibi subiectos seruent ac nutriant.
 - 11 Item de clausura & ingressu monasteriorum.
 - 12 De uictu quotidiano.
 - 13 Deinde, an Conuentus certum numerum habeat, an illi suffpetat uictus.
 - 14 Deinde de officiis ad officia transeundum est. Et uideendum, an qui illis præfcti sunt, ueluti Camera rii, Sacrifice, Cellarii, procuratores, & id genus alii, suis singuli officiis graviter incumbant.
 - 15 De moribus, habitu & conditionibus fratrum conuerorum diligenter quoq; quærendum est.
 - 16 Post inquisitionem, si qui notati fuerint, illi euocentur, qui si errata sponte confessi fuerint, ad disciplinā Abbatis, iuxta regulæ formam remittendi sunt, sic tamen, ut Abbat mandetur, ne Christianæ lenitatis modum excedat, & habita ratione personæ, censuram potius mitigari quam ex asperari conuenerit in haud præfractis.
 - 17 Quod si neget delictum infamatus, adhibeantur testes, admonitis prius omnibus, ne fraudi sit testibus ueritatem dixisse.
 - Legantur deinde articuli. 14. 15. 16. 17. sub titulo, de uita & conuersatione monastica.
 - Postremo declarata uita monastica prima institutione adhortentur omnes, ut uiam quam amplexi sint, ad uitam æternam expeditiorem in charitate, de conscientia bona & fide non facta inambulent, & pro ecclesia dei sedulo orent, cuius eleemosynis sustentantur.

Item, cum fratribus mendicantibus eadem via incedendum est ipsis tamē peculiariter articuli, à sexto usq; ad. xv, sub titulo, qui admittendi, legendi et persuadendi sunt.

De uisitatione Monialium.

Quae est forma monasteria virorum uisitandi, eadem recte obseruatur in uisitatione monialium, nisi q; hic interim quedam addi possint.

Pr̄sertim ut queratur, Quibus affectibus et qua forma ad electionem Abbatissarum ac aliarum quibus monasteriorum moderatio commissa est, procedatur. An in eligendo feruetur regula, cesseqt; omnis impressio ac corruptio.

Admonēatur, ne nō pfessas virgūculas, q; nondū de nolū tate sua statuere possunt; ad pfessionē mellitis verbis alliciāt.

Prohibendus omnis suspectus ingressus et egressus.

Omnis suspecta conuersatio prohibenda. Et priuata disuerticula penitus tollenda.

De exercitationibus et operibus extraordinariis quae rendum est. Et in primis dehortandum omne otium. Deinde cohortandæ potissimum, ut assidue sint in reuoluēdis scripturis et piis opusculis, que poterint ipsis facile compārari, et cohortanda lectrrix, ut omnē operā adhibeat, que sorores suas i Christi uerbo à se doctiores semp dimitat.

Quod si et corporales exercitatiōes amplecti uelint, et rādū ut tales sint, nec mentē deo dicatā euertāt, atq; à Chrl̄ sto in mundū retrahāt, qualia sunt quādā artificiola in tenzendis sudariolis ac camisiis que magis pr̄terminsa opera tuit. Nā diabolus alioqui mille artifex, iuuādus nō est ad irritandū simplices cōsciētias, sed modis omnibus abigēdus,

De uictu quoq; diligenter querendum.

FORMVL A VISITATIONIS

Et si ut interdum fieri solet fatuis superstitionibus teneātur, ille caute animis earum eximendæ sunt, inflammandæ ad uerum dei cultum et uiuam charitatē. Qua fine, ea Mōnasteria non dei, sed eius quē prohibeat deus, domus sunt. Ante omnia uero diligenter examinabitur is qui monialibus à confessionibus est. Qualem hunc esse oporteat declarat articulus. 8. sub titulo de uita et cōuer. monast. instruētusq; est in omnibus ferme articulis qui parochium concernunt, præsertim qui poenitentiae sacramentum respiciūt. quis si uel leuiculus uel uitę minus inculpatę uel ineruditus breuiter ad munus cui p̄fectus est, i idoneus fuerit, repellatur, et aliis idoneus i locū suū surrogetur, aut ad nos referatur.

De uisitatione domorum militum Teuthoni-

corum S. Iohannis et Anthonitarum.

Hic multa reformatiō. opus est quam articulus. I 3. sub titulo de uita et conuer. monast. breuiter cōprehendit, ubi ad uisitationem uentum erit cætera occurrent.

De uisitatione Parochialium ecclesiarum.

Hic opus hic labor est, hic multa sollicitudo adhibēda. Ars enim artium ac scientia scientiarum cura anismarum optimo iure dicitur.

quemadmodum aduentus uisitatorum prænuntiadus sit aliquot ante diebus, et cætera quę ad conuocationem Cleiri et plebis pertinent, deinde qualis habenda post missam ad populum concio supra diximus. Ad reliqua ordine infra scripto procedatur.

De uisitationē. Cleri qui in Parochiis est.

Vm ad Parochiā acceditur, priori die ad sacrificiā Pa-

rochus cū p̄sbyteris ac clericis eius loci cōuocabūtur.

quibus

Quibuscum congregatis post concionem, Imprimis diligenter exerte totus titulus de officio priuato ac publico, vitaq; ac moribus clericorum generatim prelegeatur, et siveibi uisum fuerit, latius explicetur. Num hic respicit omnium clericorum ac sacerdotum uitam & conuersationem.

Poslea Parochio seorsim prelegendum est titulus de parochis ac eorum uicariis, aliisq; uerbi ministris. Item titulus, Qui admissendi usq; ad articulum sextum. Itidem titulus de vita et moribus Parochorum uice speculi, in quo suos erratus contemplentur. Deinde totus titulus de distributione uerbi. Præterea, integer titulus de administratione sacramentorum.

Postremo, totus titulus de constitutionibus ac consuetudinibus ecclesiasticis. In his enim tribus proximis titulis Parochorum officium dilucide explicatur.

Quo factō ex ordine clericorum dabūtur aliquot viri grates. His summaria prædictorū titulorum distincte relegētur, ac sup singulis interrogētur, num oēs clerici illius parochię secundū eorū dē articulorū normā sua studia et vitā iſtituerit.

DEINDE, nū Parochus ad eū modū uiat, uerbū dei disseminet, sacramēta administret, ac ritus ecclesiasticos populo declaret ac obseruet, uti articuli ex ordine præscribunt, et præsertim an populum in priuatis cōfessionibus, et subinde ex suggesto symbolū fidei, orationē dñicā, salutationē angelicā, derē p̄cepta, et sacramēta ecclesiæ edoceat.

Examinandus quoq; super formis sacramentalibus, et ritu sacramenta ministrandi.

Item de lectione precum horiarum.

FORMVL A VISITATIONIS

Quod si hinc in clericos, et parochi uita corruptio, uel in officio cessatio comperientur, solerti cura defectus suppleantur et excessus corrigatur, idq; in spiritu leuitatis, non omittenda tñ interim uirga discipline in publice criminosos, & protervos, qui scandalo sunt domini Israel, & propter quos blasphematur doctrina Christi. Sic ut tales à medio tollantur aut suspéndantur, donec respuerint aliis in eorum locu sufficietis. Idē putamus necessariū ubi parochi omnium literarē inexperti, et presertim tam ignari ut summā religiōis nostrae minime callere reperti fuerint, qui ad schoolas remittantur.

Potissimum autem visitatores nostri interrogationibus illis, que IO. I I . I 2 , I 3 , I 4 , I 5 . ac. I 6 . articulis sub titulo de visitatione ac synodis Episcopalis, Archidiaconibusq; continebentur insistant.

Vbi uisum fuerit visitatoribus nostris ex præ temporis penuria integrum, poterint semel parochū ex suggesto ad populum audire concionantem, nam ex concioni satis superē percipient, quid crepēt fidelia.

In sedibus Archipresbyteralibus, Archipresbyteris, preter artitulos istos oēs, qui ipsos uti parochos, immo parochorū & presbyterorū patres respiciunt, proponendi sunt articuli. I 9 . ex cæteri sub titulo de visitatione, ex synod. ex c. usq; in finem, qm̄ illi obseruationem synodorū ruraliū respiciunt ad quos articulos deinceps suas synodos exigent.

Præterea Archipresbyteri seu Decani isti rurales scire debent se uocatos in partē solitudinis Episcopalis, propterea debent esse uigiles, ex diligenter respicere, ut intra limites suorū Decanatuū per oēs parochos, presbyteros ac clericos,

secundū formā ecclesiasticam ac Cōciliī nostri Provincialis
doceatur ac uiuatur. quod si cōpererint alicuius parochi do-
ctrinā et uerbi p̄dicationē de hæresi aut nouatione suspectā
aut uitā probrosam, eundē ad se aduocabit, et p̄cedente cor-
reptione fraternali mouebunt, ut a tali uel doctrinā uel uitā
impuritatē defissiant, ac rectā uia catholicæ fidei pietatis ac
charitatis inambulet. quad si hic perniciax esse malit, præser-
tim quod ad impuritatē doctrinis attinet, debebit hoc ipsian
Decanus ruratis ad Visitatores nostros aut nos scripto refer-
re ut apponamus securim ad radicem.

Præterea simul oībus proponentur articuli. 6. 7. 8. 9.
et. 10. sub titu. de iurisdictione ecclesiastica cōtentiosa ut
sciant q̄ pœnā expectare debeāt delinquētēs, utq̄ testamēta
suorū confratrū approbari atq; exequi procurēt. Ut si quos
sciant testamenta suppressisse, aut minime executos fuisse, il-
los reuelēt. Itē instruātur sup uotis solēnibus et nō solēnibus
super impedimentis cōtrahendi et cōtracti matrimonii. In-
terrogādi quoq; de iure patronatus ecclesie quo pācto sint
in ecclesia instituti sacerdotes de iure patroni quod sibi in
ecclesia uendicat. De fundationibus Vicariarum aut officio
rum perpetuorum, num supprimantur, num diuinus cultus
uxta piam testantiam uoluntatem peragatur.

Item querendū de dāndata illa disp̄fatiōe, q̄ percepimus
in uisu esse sacerdotibus ruralibus forniculariis, qui sibi mu-
tuo permittunt sacra mysteria celebrare etiā non confessis,
donec iterū cōueniant, et suā, si ita dici mereatur absolutio-
nem rursus mutuo impariuntur. quē morem uti execrabilē
dānamus. His incutandū est, deū nō impune irridēti. Et q̄
santa mysteria celebrent et corde et manibus pollutis in iuc-

FORMVL A VISITATIONIS
dicum ex cōdēnationē, quod spe uenīe peccāt, id quod nō
procū est a peccato in spiritū sanctū. Itē qđ Paul. ad Ephe
sios ait: Hoc scitote, intelligētes q̄ oīs fornicator, aut immū
dus, aut auarus, quod est idolorū seruitus, non habet hæres
ditatem in regno Christi et dei. Nemo uos seducat inanis
bus uerbis. Nolite effici participes eorū, et cetera eiuscemo
di, quę tales p̄uariatores ad paenitentiā cōmoueri possint.

Si qui reperiātur clerici, aut sacerdotes qui exorcistae
officium assumūt, diligēter examinādi sunt, et instruē
di, ut uel desistat a superstitione, uel officium recte gerant.

De Oratoriis in parochia constitutis.

Væratur de fundatore, ad quos spectet præsentatio,
q̄ institutio ac confirmatio rectoris, cuius autoritate
Oratorium erectum sit, de conditione rectoris, de of
ficio cui astringitur, illi secundum formam fundationis fa
ciet faciat, ac id genus similibus.

Diligenter quoq̄ prospiciendum est, ubi imagines pos
sitae sunt, ad quas superstitiosius concurritur, ut po
pulus doceatur, de uera ac sincera imaginū ueneratione,
ne superstitionis reus fiat. Quod si tantus est abusus, ad sua
blationem etiam cura scandalum tum procedendum erit.

De uisitatione populi.

Post Missam et concionē ad modū suprascriptū habē
dam, quum uiri aliquot honestissimi delecti fuerint.

Interrogabuntur absq; exactione iuramenti.

Num omnes parochiani recte instituti sint i articulis
fidei, decem præceptis, oratione dominica ac ceteris
prædictis populi Christiani rudimentis. Num omnes die
bus Dominicis ad parochiam conueniant audituri missam
parochiale

parochiale et prædicationem Euangelii dei. Num exstant ante finium sacrum et sermonem, quod fieri non oportuit, Num fabulentur in ecclesiis uel cœmiteriis sub sacro, An se mel in anno saltem confiteantur et sacrosanctam Eucharistiam percipient.

Interrogabuntur de vita, moribus ac conuersatione laicorum, de criminibus ac uitiiis publicis quibus potissimum plebs est infecta, ut pro qualitate morbi salubris medicina adhiberi possit, idq; per salubria monita, nunc levia, nunc aspera, iuxta datam Visitatoribus nostris a deo prudentiam.

Et præsertim rogabuntur, num quempiam in parochia hereticum, schismaticum, aut ea de re suspectum. Item, an conuenticulas in domum aliquam, an prædium, agrum, aut aliun locum, fieri sciant, An talium receptatores, factores, defensores, ac ministros, maxime Anabaptistarum et Sacramentariorum nouerint. Num sint qui nouam religionem introducere satagant.

Num sint in parochia publice criminosi, uelut blasphemæ incesti, adulteri, homicidæ, sacrilegi, coniuratores seu conspiratores, usurarii, ebriosi, solennes ferias non seruantes, ecclesiæ laudabiles ritus, veluti ieunia indista, et id genitis alias pias ceremonias conteneret, decimas denegatæ, seu similia crimina, que ecclesiastici aut mixti fori sunt committentes.

Qua inquisitione facta, Visitatores facile intelligent, que publice concionando et priuatim admonendo, reprehende re, corrigere et reformare debebat, accommodaturi sermonem, personis, rebus, tempori, et loco, dispensaturi, sermonem, secundum captum auditorum et diligentissime expersuri, qua via correctioni rectius consulatur.

FORMULA VISITATIONIS

Quod si quos in haec enormia crimina saepius relapsos
coopererint hoc publicam poenitentiam subire compel-
lant. Nam hoc est unicum remedium, quo ecclesia for-
dibus istis expurgabitur. Poterint iste integriores uiri ex lai-
cis delecti de moribus et uita parochi ac clericorum interro-
gari, prorsertim de avaritia et luxu, et que illis uitiis adhae-
rent, et prorsertim an alee lusu pditi, an in tabernis desideant,
an ebriosi, maledici, contumiosi, pugnaces seu percussores sint.
Tem de officio eorum, an illo recte fungantur, an res ec-
clesiae et spirituales et corporales seu exteriore res recte
administrent.

Tamen hic visitatores cum quid finissem de clericis ex laicis
et delatione intellexerint, non statim excadescet, sed
in spiritu lenitatis clericos delatos instruant, res incognitas ne-
mini imputantes. Nec facile credentes. Nam ipsorum credulitas pro-
babilis erit, et ex veris signis colligenda, gaudere enim non
debemus in infamia subditorum. Proindeque Visitatores nostri
non dicent ad promiscuum populum. Ut si quis aliquid de recto-
re aut clericis sciat, id ut dicat, cum laicos accusatio in clericos
non facile audienda sit, multominus incitanda, sed tantum ut
diximus cum aliquibus delectis bonis, prudentibus, honestis et
fidedignis viris, de parochia de his inquirere debet, Chartu-
las autem quas passim leues laici aduersus suos parochos clan-
culum offerre ac porrigere solent, non facile recipient.

Quod si offeratur inquirent an delatus de eiusmodi
crimine publice diffamatus sit. Quod si delator affirmare
non ausit imponat ipsi silentium. Si affirmat, que-
rat unde nam id sciat. Quod si dicat se audiuisse, querat a quis
bus et quot, propter enim dicta paucorum non debet quisquis

infamatus reputari. Quærant etiā à quibus audiuit. Num à malevolis, maledicis, aut willibus. Nā eo casu ad inquisitionē procedat. Quod si clericū infamatu de criminē reperiāt, ac cito illo narrabūt, quid de ipso fama prædicet, & acri mode. Ita obiurgabūt eū, tamē se ipsi in præsentia parciuros, nec se canonice disciplinę severitate erga eū vsuros, tātū videat ne posthac talia cōmittat, quibus in eādē fūsitionē ueniat. In correptione enim sicut sape diximus potissimū adhibenda est benignitas. Quod si infamia tātē fuerit, ut merito ob enormitatē criminis inquirēdū uideatur. Tum id visitatoriis nostris etiā solenniter fieri licebit. Præmitēt tamē præfati cūculati quādā, qua officiū sibi cōmissi necessitatē declaras tūt, in hīc uel similem modū. Deūl omnipotēs qui est scruta bor cordiū & renū, et ante cuius oculos omnia aperta ac nūda sunt, ut nos à præcipitādē sentētiā prolatione cōpesceret nō antea uoluit cōtra Gomorrhæos sentētiā dānationē ferre q̄ cognosceret de his quæ publicitus p̄ illos scelestissime com mittebātur. Vnde (ait) descedā & videbo utrū clamorē qui uenit ad me, opere cōpleuerint. Quod Christus in parabola de uillaco cōfirmat. Is enim licet esset diffamatus apud dñm quāsi dissipasset bona illius, tamen nō eīl damnatus inauditis, sed accersito eo, dñs dixit: Quid audio de te: redde rationem uillicationis tue? Hæc dei & Christi monita, insequentes, licet pleraq; à pluribus fide dignis et idoneis personis de te mala referātur, quæ etsi vrgente cōscientia & officii cōmissi necessitate, nō poterimus nec debebimus dissimulare. Ea tamen uera esse cum hactenus nobis cōprobatum nō fuit, & proinde ne cum nos ad te cōdemnandum permouerit, it aduersus te canonica inquiremus.

FORMVLA VISITATIONIS

AC tum articulis cōfēctis super diffamatiōne criminum solenniter inquirāt, in quā solenni inquisitiōne licebit. Visitatori bus cum oportunū esse viderint exigere iuramen tum de respondenda ueritate.

Posthæc de victu et sustentatione Parochorum diligenter inquiretur, Idq; secundum decretā sub titulo de victu Parochorum posita.

Maxime autem uidebunt Visitatores, num expedit ut uel duç ecclesiæ Parochiales uniantur, aut vicariæ seu officia aliqua ecclesiæ parochiali incorporentur.

Item diligenter de Decanis interrogabunt. Et quo pecto ille sint parochialibus ecclesiis detracte. quod si iniusti factum comperietur, studeant modis omnibus ut ecclesiæ in pristinum statum reuocentur aut ad nos referant.

Vbi parochiæ sunt incorporatæ uel collegiis uel monasteriis. Si cōpererint portionem vicario perpetuo relictam nimis exilem esse, eandem ex collegiis uel monasterii redditibus augebunt ac tantum assignabunt, ut rector iura episcopalia soluere et congruam sustentationem habere possit, aut ad nos referant.

Item à prouisoribus ecclesiæ inquirent, an ecclesiæ redditus iuxta fundationem ac alias debite dispensent. Num das mnum fiat in diuini cultus rectoris ac aliorū ministrorū p̄ae iudiciū ac detrimentum, ac in fraudem piarū voluntatum.

Item de solutione decimarum, de oblationibus ac ceteris interrogandi quæ uidebuntur opportuna.

Et in primis inculcandus articulus ultimus sub titulo de victu parochorū, et ad oblationē alias faciēdas ex scripturis (quæ victimum pastori suppeditari iubent) cohortandi sunt.

Articulus quoq; postremus sub titulo de constitutionibus & consuetudinibus ecclesiasticis, qui de fraternitatibus est, cōmemorabitur, & fraternitates ad normam illius articuli post hac exigentur. De visitatione hospitalium.

MAgistris hospitaliū omnes articuli sub titulo de hospitiis diligenter proponētur declarabunturq; cum feruentि admonitione, ut post hac illis obsequantur.

Queratur, qui sunt patroni, qui prouisores hospitalis, an hospitalarius ibi a patronis institutus sit, à quo, et an ab ecclesiastico prclato cōfirmatus, an res et bona hospitalis incuria hospitalarii deteriores reddātur aut iterēat. An luxu ipsius aut alias minus recte dilapidentur, distrahantur, suberanturq; An infirmis quod ipfis ex institutione hospitalis, debetur, p̄fletur.

De lectis fulcimentis ac aliis hic pertinentibus etiā per quiretur. An magister hospitalis erga infirmos ac debiles mitis sit ac misericors, an potius durus ac severus.

De ecclesiastico rectore hospitalis diligenter querendū quis ille sit, an rite p̄fut, docendo & sacramenta ægenis ministrando :

Speciatim quoq; de prouisione hospitaliū q̄ ad ecclesiasticas collegias p̄tinēt uidēdū, q̄uo pauperes procurētur, & quibus insituitur, qui sunt prouisores, an reddatur calculus, et cui?

De visitatione templorum & aliarum sacrarum cōdium,
quod ad exteriorem faciem attinet.

IN primis locus ubi uenerabile sacramentū corporis & sanguinis dñici, ac sacrū Chrisma cōseruatur ac reponitur inspiciēdus est, qui debet esse nitidus, purus, ornatus & observatus, an sacramēta illa suis debitissimis tēporibus renouētur.

EORMVLA VISITATIONIS

Querendum, an lumen ante hunc locum perpetuo ardeat, & secundum Canones fieri oportet ad designandum quod ibi corpus eius reconditum sit, qui est candor lucis eternae.

Deinde baptisterium inserviendum, in quo regenerantur infantes an mundum & clausum retineatur: Nec est prætermittendus reliquiarum locus. Altaria insuper et capellas inspiciat, & per totum ecclesiam seu templum oculis discurrat, ut suspirans num omnia munda & nitida seruentur.

Deinde iuxta articulum ultimum sub tit. de metrop. Cath. et colleg. ecclesiis videndum est de ablutione corporalium, aliarumque pallarum,

ET in primis de Sacrista seu Custode. Inquirendum est. Num officio suo recte presit, num redditus illi qui hinc officio deputati sunt ad reformationem ornamenti orbi, aut pecunia illa que a novitiis Canonicis pro ornamentis exigitur recte & utiliter expeditatur, An singulis annis legalis calculus et copius fiat. An habeat inventarii de omnibus capsulis ac thecis reliquiis ac aliis ornamentis receptis, An paratus sit inventarium tradere, & de omnibus reddere rationem.

Item Visitatores faciet ad se adferri ornamenta, eadēque explicari quo negligentia ministrorum deprehendatur, inspicienda Missalia, Gradualia, Antiphonalia, ac ceteri libri ex quibus succinitur, num integri seruentur.

Querendum an res et bona ecclesiæ indebite alienetur an hypothecetur, an ad tps, aut perpetuo locetur, et quorum consensu id fiat, an dilapidetur seu dissipetur, an mobilia distrahitur. Postremo eundem est ad ædes seu domos virorum ecclesiasticorum. Et curandum ut domus ruinæ minates erigantur, ut quæ prolabuntur in statum deteriorem, restauretur ac reformen-

*tum Quod in primis ut fiat in domibus parochialibus, quae
decales dicimus, curandum est.*

*Videndum etiam ut suppellex ad perpetuum usum Paro-
chii, seu alterius ecclesiae ministri, destinata, salua substans-
tia manente usui seruiat presentis Rectoris & successori tra-
datur eadem lege custodienda.*

*Vile fore putamus ut in singulis ecclesiis duo libri con-
siantur sigillandi, aut per notarium signandi. In quoru alte-
ro scribantur. In primis bona immobilia ipsius ecclesiae, per-
uocabula, confines, quantitatē ac mensurā pro ratione loci
ubi sit misitatio. Subinde bona mobilia, in altero scribātur, de
cimē ac reliqui census ad quos soluendos Parochiani obli-
gantur & annotentur non soluentes, quod multum fecerit
pro conservatione rerum & bonorum Ecclesiarum.*

Generale.

Vbi Soli Archipresbyterates sedes inuisitantur, ibi que-
oculis subiici nō possunt ea per Archipresbyteros ex-
Visitatorum nostrorum mandato deinceps agētur, qui ex de-
ibus ipsis Visitatoribus referent, ut uel ipsi prospiciat ubi
reformatione opus est, uel per eos ad uos relatio fiat.

In discessu quid agendum.

Si ecclesiam aut parochiam inuenerint, ibi nec doctri-
næ insinceritas, nec morum turpitudo dominantur pu-
blicitus. Inter ualedicendum ex suggesto, aut alioqui in cō-
spectu concionē, deo gratias agant, ac exhortentur ecclēsum,
ut de uirtute in uirtutem procedat. Nam hoc ipsum alacri-
tatem, & calcar ad uirtutem addet hominibus bonæ uo-
luntatis. Nam & g̃thnicus. poeta dixit: Virtus laudata
crescit.

FORMULA VISITATIONIS

Sin multa correctione digna compererint, ad paenitentiam omnes cohortentur, et ad fructus paenitentiae dignos. Paulus ubique copiosam subministrat materialia neque incommodum argumentum ex cap. 5. ad Ephe. de fusi poterit. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate. Fruetus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et ueritate, probantes quid sit beneplacitum deo, et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Ecce cetera que sequuntur.

De scholis, Typographis ac Bibliothecis uisitandis.

SCholi ac Bibliothecae diligenter uisitande sunt iuxta Decretorum sub tit. de scholis Typographis ac Bibliothecis, tenorem.

Academiae nostrae Colonieñ. restaurationem ex animo cupimus, sed quoniam res ad multis pertinet, et ut sunt in universitate multa capita, ita multi sensus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipsi putent, publicis studiis subueniendum, faciemus nos deinde quod principem decebit.

Cæteræ scholæ tam apud Collegias quam parochiales ecclesiæ diligenter repurgandæ sunt, lectiones in bonis literis, in sacris quoque prescribendæ sunt, Didascali quod ad eruditionem et uitam attinet diligenter examinandi, simul et eorum libri inspiciendi; qui si suspecti ac nothi fuerint abiiciantur.

Vbi de stipendio satis prouisum non erit admodum in Concilio praescripto prouideatur.

Cætera, Visitatores pro ipsorum circumspetione et prudenter a Deo data disponent.

F I N I S.

REFORMATIO

CLERI GERMANIAE AD
CORRECTIONEM VITÆ ET

Morum, ac ad remouendos abusus.

PER REVEREN. IN CHRISTO PA-

trem, & dominum D. Laurentium, Tunc S. R. Ecclesie

et. sanctæ Anastasiæ præbyterum, Nunc Sabi-

næn, episcopum, Cardinalem, Ad nationem

Germanicam, sedis Apostolicæ de late-

re Legatum Ratiponæ adita.

STATVTA SYNODALIA REVEREN.

in Christo patris, & dñi, D. Valentini Ep̄i Hildesheim.

FORMVLA VIVENDI CANONICORVM,

Vicariorum, & aliorum presbyterorum secularium.



Edidere librarii Sirenis melius omnibus.

VENETIIS M. D. XLIII.

CAPITARE

FORMATIONIS PER D. LAV=

rentium in Comitiis Ratiſponeñ. æditæ.

Quod nemini prædicare liceat, niſi p episcopū admisſo, cuius est verbo dei ſeminando eos adhibere, quos pbauerit eē doctos, modeſtos, ac pios viros. Cap. I.

Quod clerici mōrum integritatē, clericali quoq; habitu, ac tonsura ornare debeant. cap. ii.

Vitādæ clericis tabernç ſcœnç, ludi, oīsq; leuitas. ca. iii.

Interdictus clericis cauponaria ac mercatia. cap. iii.

Vt Parochi oblationibus ac iuribus ſuis contenti, ſubditis nihil ſuperfluī oneriſ imponant. cap. v.

Vt parochi pro neceſſaria ſacramētorū administratione, quod de conſuetudine voluntarie offertur recipiant, nihil uero extorqueant. cap. vi.

Conſuetudo per q plus iusto onerantur ſubditi, authoritate episcoporum uel magistratus moderanda. cap. vii.

Quod oporteat clericos eſſe tēperantes, & non miſcere cū laicis cōuiuia ne funeralia qdē aut fraternitatē. ca. viii.

Parochis datur potestas occultos pētōres gratis abſoluēdi, pter h̄ereticos, homicidas et excoīcatos, q cū publicis pētōribus remittēdi ſūt ad eos qbus abſolutio reſeruata ē. c. ix.

Ne p̄lati aīar, curā idignis et ſub uili ſtipēdio locēt. ca. x.

Gaudere non debent clerici de ecclesiasticis beneficiis, quo rum prædia & domos non reſtaurant. cap. xi.

Non debent animarum curæ p̄fici religioſi, ſed ad regueſ (quam profeffi ſunt) obſeruantia compelli. cap. xii.

Licebit paup̄i cōuentui clibet suę eccl̄esię, dicti tūi codic
rēti p̄ficere religiosū. p̄batū prius, et admis̄sū p̄ ep̄m, sed
ne ad sacros qdē ordines alii q̄ tales p̄mereri dēnt. c. xiii.
Extra dic̄cesim ordinati, sine ordinarii authoritate ac lites
ris testimonialib⁹, ad diuinā non admittantur. ca. xiii.
Sacerdotes in libidinē effusos, & nephario concubinatu pol
lutos, p̄oenis ac c̄esuris ecclesiasticis coercēdos. cap. xv.
Stationarios q̄ eleemosynā p̄acti sūt p̄bibēdos, q̄ vero īegra
fide colligūt, nō admittēdos nisi sub testimoniō ordi. c. xvi.
Vagos sacerdotes non tolerandos ultra mensē, nisi cū te
stimonio ordinarii unde discesserunt, eiusq; cuius dioces
sim intrarunt admissione. cap. xvii.
Seruandas in ērario tēpli pecunias templo dedicatas, nec
erogari debent nisi accedente ad voluntatē præfectorum
ērarii, Rectores quoq; consensu. cap. xviii.
Ep̄i debēt fāis Vicarius (qd̄ & ip̄i ep̄i sunt) ita prouidere,
ne cogātur cōtra ep̄alem dignitatē ql̄ui seruire. ca. xix.
Rediguntur dies festi in numerū, cæteri ita abrogantur,
ut nihilominus peragantur diuina. cap. xx.
Quibus diebus interdicta sit nuptiarum celebritas, & quo
tenus ieiumium plebi sit imponendum. cap. xxi.
Qd̄ c̄des clerici autores tūi diuinis excludere dēat. c. xxii.
Quod ep̄iscopi non debeant clericorum bonis inhibare, qui le
gitimos hæredes aut successores relinqunt. ca. xxiii.
Quod secularis potestas cape possit apostatas, debet tūi ordi
nario tradere, cuius erit i ipsos ad auertere. quodq; nō li
ceat ep̄is p̄fessionē, aut absētiā decimas extorqre. c. 24.
Quod non liceat ep̄iscopis beneficiorum fructus immōdice
ac duare clericis surripere. cap. xxv.

Archiepiscopi dent, prouinciale synodum oī trienio cōnoca. c. xxii.
qui recusat altari seruire, nō debet d. altari vinere. c. xxvii.
qui sacramentorum communionem in totum neglexerint,
sepultura debent asinorum sepeliri. cap. xxviii.
Nō cōmittēdū ut relinquatur ipunita blasphemia. c. xxix.
Seruāda q̄ aduersus symōiacos sacri canōes d̄cerit. c. xxx.
Diuinatores hęreticos et fidei dilaceratores nō mō vitēdos
ac rescidēdos, sed seuera quoq̄ aduersiōe plectē. c. xxxi.
Ut sacerdotes oportet sacras literas assidue discere, ita laicis
corū est nō temere de illis disceptare ac iudicare. c. xxxii.
Decet episcopos in suos Vicarios esse liberales prelatos q̄
omnes eleemosynarios. cap. xxxiii.
Veterū decreta sanctiones q̄; pulchrū est obseru. c. xxxviii.
Epi in synodo quō de more veterū singulis annis oportet
celebrare, debēt has constitutiones publicare, & subditos
ad earum obseruantiam compellere. cap. xxxvi.

INDEX R V

BRICARVM STATUTORVM
Synodalium Episcopi Hildefemeñ.

Folio. XII.

- D E sūma trinitate et fide catholica. cap. I.
De officio archipresbyteri. cap. ii.
De renunciationibus beneficiorum. cap. iii.
De tibis ordinationū. ca. iiiii. De filiis psbyte. ca. v.
De clericis pegrinis. ca. vi. De maioritate et obed. c. vii.
De iudiciis. cap. viii. De foro cōpetenti. ca. ix.
De alienatiōe iudicii mutādi cā facta & cessionib. ca. x.

De probationib. ca.xi.	De fide instrōrum ac notar. c.xii.
De sententia et re iudicata.	cap. xiii.
De uita et honestate clericorum.	cap. xiv.
De cohabitatione clericorum et mulierum.	ca. xv.
De clericis non residentibus. ca.xvi.	De p̄bēdis. ca.xvii.
De portione congruentia seu competentia.	ca. xviii.
De institutio.ca.xix.	De rebus ecclesiæ nō alienā. c.xx.
De testamento et ultimis uoluntatibus.	cap. xxi.
De parochis et parochianis.	cap. xxii.
De fructibus defunctorū plebanorū seu rectorū ecclesiarū parochialiū, Vicariorū, altaristarū et aliarū personarū ecclesiasticarū ciuitatis et dioceſis Hildesheimen, et qualiter inter defunctū et successore diuidi debeant.	ca.xxiii.
De bladis et frumentis. ca. xxiv.	De fæno. ca.xxv.
De fructib. arbor. c.xxvi.	De cēſib. et aliis pūet. c.xxvii
De rata solutionis impositionum.	cap. xxviii.
De regularibus. ca. xxix.	De monialibus. ca. xxx
De magistris scholasticis.	cap. xxxi.
De custodia Eucharistie et reverētia sacramētorū.	c.xxxii.
De baptismo.c.xxxiii.	De ecclesiā, p̄curat. ca. xxxiii.
De celebratione missarum et horarum canonicarum per solutione, Et de concionatoribus.	cap. xxxv.
Quomodo diuinū officiū fit celebrandū.	cap. xxxvi.
Quo tempore quisq; debeat esse in choro.	cap. xxxvii.
Qualiter horū canonice extra choro dicēd̄ sint. ca. xxxviii.	
De bis qui in tpe diuinorū uagātur p̄ ecclesiā.	ca. xxxix.
De tabula pendente in choro.	cap. xl.
De tenentibus capitula tempore missæ,	cap. xli.
De sponsalibus et matrimonii.	cap. xlii.

De Iudeis., cap. xlvi.	De adulteris.	cap. xlviij.
De raptoribus. ca.xlv.	De usuris.	cap. xlvi.
De pœnis & occasione interdicti.		cap. xlviij.
De pœnitentiis & remissionibus.		cap. xlviij.
De sententia excommunicationis.		cap. xlix.
Casus episcopis, specialiter reseruatis.		cap. l.

T A B V L A

F O R M U L A E V I V E N D I

C a n o n i c o r u m s e c u l a r i u m .

DE quinque horribilibus exēplis contra eos qui vitā suā
 emēdare uolētes, statim cū cōpūctionis spūm sentiūt,
 se pfectos esse arbitrātur, et ī modo uiuēdi eligēdo sanis cōse
 liis nō utūt, sed iuxta motū capitī sui ambulāt. Cap. I.
 De mala libertate canonicorum secularium. cap. ii.
 quid sit secundum carnem uiuere. cap. iii.
 Cum quibus cōuersare debet canonicus secularis. ca. iiii.
 qui non uult regi & dirigi non est canonicus. cap. v.
 quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionem
 suam dirigere ad dominū deum. cap. vi.
 quilibet canonicus aut vicarius debet aduertere, quibus &
 qualibet debitor sit iuxta vocationē suā, & hoc ad quod
 tenetur, debet opere adimplere. cap. viii.
 Valde multa ad hoc regrūtur, qđ aliquis rite officiū diuinū
 p̄soluat, et qđ alijs dignus hēatur diuinis iteresse. c. viii.
 Si aliqua de antiquis obseruatiis ecclesiæ sunt collapsa, pos
 test canonicus laborare pro reformatione eorū, vel in dos

- mo propria supplere ille p alia exercitia spūalia. ca. ix.
De regula canonicorum secularium, quæ in quibusdam eccl^{esi}s
habetur. cap. x.
qui hanc formulam studiose seruauerint, etiam in seculo
manentes religiosam uitam ducere possunt. cap. xi.
Canonici et vicarius bonæ voluntatis malitia huius tuis ob
esse non potest, faciant melius quod possunt, et sollicite
ambulent deo suo, et salvi erunt. cap. xii.
De debita exterioris hominis compositione tam in loquen-
do q̄ comedendo. cap. xiii.
De sobria mēsa et cibis simplicibus mediocribusq;. c.xviii.
De ieiuniis temperatis. cap. xv.
De habitu. cap. xvi. De loquutione. cap. xvii.
Medium semper est tenendum. cap. xviii.
De reformatione interioris hominis, cap. xix.
De bello legis dei contra legē Diaboli i uno hoīe. ca. xx.
De triplici concupiscentia. cap. xxi.
De elongatione ab occasionibus cōcupiscentiarū. ca.xxii.
De duplii remedio contra peccatum. cap. xxiii.
Quod homo regulam uiuendi sibi eligat iuxta suę na-
tūrā et sui status congruentiam. cap. xxiv.
quod homo suam doctrinā ad practicā ponat. ca. xxv.
De dilectione dei et proximi.c.xxvi. De confessiōe.c.xxvii.
De proposito observandi formā uinēdi cōceptā, ca.xxviii.
qua hora surgēdū sit.c.xxix. De horis beatę virgi.c.xxx
De pulsu ad matutinas. cap. xxxi.
Quomodo homo se habere debeat in ingressu ecclesie et
chori. cap. xxxii.
De distractione mētis.ca.xxxiii. De Prima.ca.xxxiv.

quomodo canonicus in capitulo se h̄ere debeat.	ca. xxxv
De præparatione ad missam.	cap. xxxvi.
De Tertia, Sexta, & Nona.	cap. xxxvii.
De sobrietate prâdii, & benedictione mësæ.	ca. xxxviii.
De modo in comedendo.	cap. xxxix.
De lectione in mensa.	cap. xl.
De coniunctiis,	cap. xli.
De aliqua abstinentia à carnibus, ouis, et lacticiniis.	ca. xlvi.
De gratiis factâ prandio dicendis, & de dolendo propter excessum in cibo uel potu.	cap. xlvi.
Quid faciendum sit post dormitionem, uel spationem nsp ad uesperas.	cap. xlvi.
De cœna. ca. xlvi.	De collatione qñ ieiunatur, ca. xlvi.
Quod sobria sit cœna.	cap. xlvi.
Quod quidam post cœnam non loquuntur.	cap. xlvi.
Non est inconueniens post cœnam cum familia honeste recreari.	cap. l.
Anteq ad lectū se ponat homo, colligat quo diē expéderit, & de negligētiis ueniā petat, donec obdormiat.	ca. li.
Iacens in lecto, aliquid boni cogitet.	cap. lii.
De perseverantia in bono,	cap. liii.
Vitandi sunt occasiones recidiuandi.	cap. liii.
De temptationibus.	cap. lv.
Cum anima fugere incipit ad Iesum, statim irasci & sequi re incipit inimicus.	cap. lvi.
Aduer de temptationibus.	cap. lvii.
De fraterna correctione & emendatione per bona exempla, & bones exhortationes.	cap. lviii.

F I N I S.

LAVRENTIVS

MISERATIONE DIVINA TITVLI

S. Anastasiæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Car
dinalis, per vniuersam Germaniam, ac Hungarie
et Bohemie, Poloniæq; regna, et quæcunq;
alia loca, ad quæ nos declinare contige=
rit domini nostri Papæ, et aposto=
licæ sedis Legatus, ad perpe=
tuam rei memoriam.



X Legationis officio à sede apostolica
nobis commisso obligamur, ut circa flas=
tum personarum ecclesiasticarum sub fis=
nibus nostræ legationis consilientium, in
melius reducendum propensiis cogite=
mus, vt quæ in eis à sanctorum patrum decretis et ordina=
tione decidiare perpendimus, ad debitam reformationis nor=
mam dirigentes, eis opem et operam adhibeamus efficaces.
Nuper siquidem cum sanctissimus dominus noster Clemens
Papa. vii. cum pro pastorali suo officio, tum pro ea affectio=
ne, qua inclytam nationem Germanicam paterne prosequis=
tur, intellectis eius fluctuationibus, hæreticorumq; impietas=
te indies crescente, nos ad vniuersam Germaniam suum et
apostolicæ sedis Legatum de latere miserit, non aliam ob=
causam, q; ut tranquillitati provincie, et saluti animarum,
quæ periclitantur ob dictam nuper natam impurissimam om=
nis hæreses sentinam consulat. Quod onus licet humeris nos

REFORMATIO

Stris impar , eius tamen præceptis & mandatis obedire (ne
 tenemur) volentes , freti Christi fauore , seruatoris nostri
 (cuius negocium agitur) subiimus . Nihil hic prorsus ne-
 stris viribus tribuentes , aut præterea cupientes , q̄ quod ad
 munus hoc fæliciter implendum attineat . Cumq; aliquot mē
 sum experientia multa collapsa , & præter omnem opinionē
 difficultatibus plena perpenderimus cum serenissimo Ferdi-
 nando , Hispaniarum principe , archiduce Austriae , Imperiali
 locumtenente generali , communicatis consiliis , concordi sen-
 tentia particularē conuentū in ciuitate Ratispone cōuocare
 decreuimus . In quo una nobiscū interfuerunt præfatus sere-
 nissimus princeps & archidux , Reueren. Matthæus S. Roma-
 nae ecclesiæ tituli sancti Angeli presbyter Cardinalis , archies-
 piscopus Saltzburgen. ac illustrissimi V Vilhelmi et Lodoni-
 cus Palatini Rheni dukes in superiori & inferiori Bauaria
 fratres germani , uenerabiles in Christo patres Bernardus
 Ep̄s Tridentin. Iohānes administrator ecclesiæ Ratisponen.
 Palatinus Rheni dux Bauariæ , ac nuncii sine Oratores omni-
 nes , cū pleno mandato uenerabilitū in Christo patrū & illas
 strissimorum principū Vigandi Ep̄i Bäbergen. Georgii Ep̄s
 Scopi Spiren. Palatini , V vilhelmi Ep̄i Argentineñ. Christo-
 phori Ep̄scopi Augsten. Hugonis Ep̄i Constantien. Chri-
 stophori Ep̄i Basilién. Philippi Ep̄i Frisingen. Palatini Rhei-
 ni ducis Bauariæ , Eruestli administratoris ecclesiæ Patatién.
 ac Palatini Rheni ducis superioris & inferioris Bauariæ , et
 Sebastiani Ep̄i Brixien . cum quibus pluribus hinc inde in di-
 scussionē allatis , & præcipue quibus consiliis quibusq; modis
 præfatę nationi Germanicę periclitati consuleretur , paribus
 sententius receptum fuit , hanc perditissimā b̄grefsim rudi pos-

palo planibilem, ob libertatē illi falso persuasam prætextū euangelicę libertatis non paruā habuisse occasionē, partim à perditis moribus & vita clericorū, partim ob nō diutius dissimulandū sacrarum sanctionū, ecclesiasticarumq; constitutionum abusum, & perinde non paru momenti fore extir pandæ hereticorum & eorū sequacium sectæ, ut clerici ad honestatē uitæ moresq; suos illos quos D. Paulus exigit & prescribit debita cēsura reducti abususq; laicos male offendentes sublati fuerint. Itaq; habitis maturis deliberationibus & pliis consiliis præfatorū Ferdinādi principis, Cardinalis, ac Ducū, & Episcoporū atq; nunciorum suorum, infra scri pios salutares aliquot tam necessarię reformationis sacerdotum, presbyterorū, religiosorum & clericorū modos præscribere, statuere, sancire, atq; edere necessarium duximus. Quocirca auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte statuta & ordinationes per nos (ut præfertur) edita ab omnibus & singulis Archiepiscopis, Epis, abbatibus, præpositis, decanis, archidiaconis, & aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, ac parochialium ecclesiarū, aliorumq; beneficiorū ecclesiasticorum rectoribus, presbyteris, religiosis & clericis, in uniuersa Germania residentibus, prout eos & eorum quemlibet respectiue tangit aut tangere poterit in futurum perpetuis temporibus inniolabiliter obseruari uolumus. Decernentes irritum & inane, si secus sus per his à quoq; quauis auctoritate sc̄iēter uel ignoreranter cōtigerit attentari. Et nihilominus vniuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus & aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, necnon metropolitanis & aliis sum cathedralium ecclesiarū canoniciis, ipsorumq; Archies

REFORMATIO

piscoporum et episcoporu Officialibus et vicariis genera
 libus per praesentes committimus et mandamus, quatenus
 ipsi et eorum quilibet, si et postquam pro parte illorum, quo-
 rum interest, aut in futurum interesse poterit, fuerint re-
 quisiti, statuta et ordinationes huiusmodi, et horum singula
 inviolabiliter obseruari faciant. Contradictores per censu-
 ras ecclesiasticas et alia iuris remedia compescendo, inuo-
 cato si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstante
 constitutione felicis recordationis Bonifacii papae. viii, qua
 cauetur ne quiuis extra suam ciuitatem et diocesim, nisi
 in certis exceptis casibus, et in illis ultra vnam dietam a fine
 suae diocesis ad iudicium euocetur; seu ne iudices a sede
 apostolica vel eius autoritate deputati, extra ciuitatem et
 diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque proce-
 dere, aut alii vel aliis vices suas committere presumant, et
 in concilio generali de duabus dietis et personis ultra certum
 numerum ad iudicium non vocadis, et aliis constitutionibus
 et ordinatioibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.
 Verum quia difficile foret, praesentes literas ad singula loca,
 ad quem expediens fuerit, deferri, volumus, et authorita-
 te apostolica decernimus, quod transumptis praesentium litera-
 rum manu Notarii publici subscriptis, et figillo alicuius per-
 sonae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, ea fides
 adhibeatur, quem eisdem originalibus si essent exhibitae vel
 ostensae, adhiberetur. Et ut huiusmodi statuta et ordina-
 tiones ad singulorum notitiam deducantur, vniuersis locorum or-
 dinariis authoritate apostolica prefata in virtute sanctae obe-
 dictio mandamus, quatenus statuta et ordinationes huiusmo-
 di, per se vel alium seu alios in eorum ecclesiis vel ciuitatibus

bus publicent, seu publicari faciat, quæ post publicationem ipsam, eosdem quorum interest, aut interesse poterit, perinde acutum, ac si eis personaliter intimatae essent, aut immincentur. Tenor vero statutorum et ordinationum praedictarum sequitur, et est talis.

quod nemini prædicare liceat, nisi per episcopum admissum;
cuius est verbo dei seminando eos adhibere, quos probauerit esse doctos, modestos, et pios viros. Cap. I.

Cum potissimum anima verbo quod ex ore dei prædictum vivat, id autem nec passim nec ab omnibus expedit prædicari, admonente Apostolo; qui inquit: Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur. Ideo statuimus et ordinamus, ut non liceat cuique, etiam religionem professo, et quomodo dolibet exempto, euangeliū docere, nisi ab Ordinario vel eius Vicario tam moribus quam doctrina probatus fuerit, facta fide per parées literas, quæ præter notarii mercedē gratis prorsus concedantur. Missi itaque atque probati euangelicū negotium tractabunt recte, sobrie, et pure, loca quæcumque recondita magis et abstrusa, intellectuque difficilia, non ad nouum et adulterinū sensum, sed iuxta sanctorū patrum, et ab ecclesia receptorū doctorū, præcipue Cypriani, Chrysostomi, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, et Gregorii exponat et interpretentur. Omni etiam ope studeant, ne pro veris somnia et aniles fabellas, pro certis dubia, pro receptis apocrypha, et iamdudum explosa dñataque ab orthodoxa ecclesia tradant vel deponant, idque omni modestia, ne unquam eos ad conuictio, iniuriasque delabi contingat, locusque ille cum populi offendiculo debonefletur. Itaque Ordinarius aliquot excellē-

REFORMATIO

et doctrina præditos constituant, qui per diocesum inquirant,
qui sunt ad euangelicam doctrinam idonei disseminandam,
quiq; ad impias nouitates et perfidiam aliquam non defle-
stant, ut remedia adhibeantur, quo populus recte instruas-
tur in Christiana lege, et ab ea deficiens, ne secum alios
trahat, debite cohercatur, cultus diuinus obseruetur, pera-
gaturq; his modis et ritibus qui per manus sanctorum pas-
trum nobis traditus, et per maiores nostros obsernatus est
in sacrificio altaris, officiis defunctorum, canonicis horis,
ceterisq; diuinis laudibus atq; cærimoniiis.

quod clerici morum integritatem, clericali quoq;
habitu ac tonsura ornare debeant. Cap. ii.

Hinc hortamus atq; monemus omnes et singulos quæ
sacris initiati sunt, ut uiuant uitam, quam professio
exigit, et Christus requirit, inquiens: Sic luceat lux vestra
coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorifi-
cent patrem vestrum qui in celis est, cum uestitu honesto
incedant, quem Paulus alibi prescripsit. quapropter singu-
lari cura intendat quisq; prælatus, ne hi quibus precessi in sa-
cris ordinibus constituti uesties uarii coloris uelut uirgaæ
et fimbriatas deferant, sed longis atq; talaribus utantur,
nulla arma induant, nisi itinerantes, barbam et comam non
nutriant, coronam et tonsuram deferentes, tum summope-
re curantes, ne quem laicorum indecentia uestitus offens-
dant, ut sacræ canonibus cautum est.

Vitæq; clericis tabernæ, scenæ, ludi, omnisq; leuitas. Ca. iii.
Tñ super tabernas publicas euitent, nisi eas peregre profi-
ciscentes ingredi oporteat, et tam inibi q; domi et alibi
et rapido, et brietatis, omniq; ludo à iure prohibito, blas-

Spemiiis, rixis ac aliis quibuscumq; excessibus et offensionibus penitus abstineant, choreas, spectaculaq; et convivia publica vitent, ne ob luxum, petulantiamq; eorum nomen ecclesiasticum male audiatur.

Interdicitur clericis cauponaria ac mercatio. Cap. iii.

Cunq; secundum Apostolum, nemo militas deo, se se ne gotius secularibus implicare debeat. Nemini liceat contra provincialia statuta et synodalia domi sue tabernam comportandiq; locum aperire laicis, quoniam non raro ses qui solent ebrietatem rixae, cædes, et multa hoc genus sceleris, que sacerdotalem polluant dignitatē. Præterea negotiacionibus mercimoniisq; more mercatorum abstineant.

Vt parochi oblationibus ac iuribus suis contenti, subditis nihil superflui oneris imponant. Cap. v.

Sacerdotes autem curati, quiq; vicem eorum referunt, subditos in remediis et aliis parochialibus ultra ea que fibi de iure debet, non grauent, ultraq; depositionem, eos ad peractiones Septimi, Tricesimi vel Anniversarii peragi faciendas non cogant, tum præter oblationes festis, solennibus fieri solitas, cum illa pro arbitrio fieri debeant, alias iniurias non exigant.

Vt parochi pro necessaria sacramentorum administracione, quod de consuetudine voluntarie offertur recipiant, nihil vero extorqueant. Cap. vi.

De sepultura quoq; ac administratione sacramentorum, aliisq; spiritualibus pacisci, aut aliquid ab unito exigerem nemo possit aut debeat, et propter eiusmodi à parochianis neglecta cuiquam non liceat aliquod sacramentorum denegare, neq; propter debita quempiam ab ecclesiis.

REFORMATIO

flica sepultura prohibere, parochialia tum iura quæ usus recepit ex debetur altari seruëti, p̄ predicta nō abrogamus.

Consuetudo per quā plus iusto onerantur subditi, autho ritate episcoporum vel magistratus moderāda. Cap. vii.

CUm autem in dioecesibus nō sit eadem consuetudo et inter subditos ex pastore multa ex varia emergat dissidia, pastoribus quibusdam plura exigere prop̄p̄sis. Subditis vero ob penuriam ex egestatem reclamantibus et res cusantibus, ordinamus q̄ quilibet Ordinarius infra sex menses post pr̄sentium publicationem omnibus per pensis, bene gr̄is et sufficenter examinatis, super pr̄dictis certam legem ordinationemq; una cum principum, aut dominorum secula rium consilio, quos ista negotia tagunt, constituat, ne viduc, pupilli, ex alii pauperes nimium ultra vires iniuste grauen tur, quod si neglectum fuerit, si in prouincia adfuerimus, uel successor noster, habita plena de his informatione, facturos pollicemur, aut rem ipsam sanctissimo domino nostro relatu ri sumus, qui huic rei prospiciendæ iudices deputabit.

quod oporteat clericos esse temperantes, ex non misere scere cum laicis coniuncta, ne funeralia quidem aut fraternitatem. Cap. viii.

COniuria presbyterorum, quæ in exequiis ex frater nitatibus publice in tabernis hucusq; exhibita sunt, profus abrogamus, quod plerumq; laicis sint scandalo. Si autem coniunctionem uel consuetudo uel locorum distatia exiget, fiat illud in domo sacerdotis, honesteq; nō ad luxum, sed ad necessitatem inserviatur. Siquidem neq; confessationi, neq; compotationi vacandum est sacerdotibus, quum q̄ non auidant, quorum deus vēter est, tum quod officium eorum est ex

sobrie et castie pro peccatis deo dona sacrificiaq; offerre.

Parochis datur potestas occultos peccatores gratis absoluendi, praeter haereticos, homicidas, et excōmunicatos, qui cum publicis peccatoribus remittendi sunt ad eos quisbus absolutio reseruata est. Cap. ix.

Porro ne et ipsi videantur pecuniae aucupium magis q̄ salutis animarum studium amplecti, dum laicos grauiora delicta confessos hinc inde remittunt, non sine fame rerumq; dispendio. Cōstituimus et ordinamus, ut deinceps quilibet confessor absoluere possit laicos contritos et confessos, a quibuscumq; peccatis occultis, quantumcumq; gravibus et enormibus, que Ordinarii sue autoritati reseruauerāt, exceptis duntaxat homicidis, haereticis et excōmunicatis ad episcopum vel eius vicarium mittendis. Quo autem ad clericos nihil quo ad hoc statutum intelligatur, innovatum. Pro condonatione autem et remissione peccatorum, quam absolutionem vocant, nihil omnino ab initio exigant.

Ne pralati animarum curam indignis et sub vili.

Dispensio locent. Cap. x.

Sancimus quoq; iuxta Apostoli sententiam, que dicit. Nemini cito esse manum imponendam, ne cui temere cura animarum committatur. Itaq; probetur prius per episcopum vel eius Officiale, etiam religionem professus, nec licet ulli vicarium ecclesie et plebis sue sufficere, illam uelocare, sine emolumenio quod absentiae nomine recipiet, constituere, sine autoritate episcopi aut vicearii. Nam cum os boni trituranti non sit alligandum Episcopi vel Officialis arbitrio eiusmodi emolumenta locutionem et absentiarum moderanda censemus.

REFORMATIO

Gaudere non debent clerici de ecclesiasticis beneficiis, quos
rum prædia et domos non restaurant. Cap. xi.

Domos quoque fundosque dotales beneficiorum collapses
inflarent possessores quantum necessitas postulauerit,
reparataque in debita structura conseruent, et per Archæ
diaconos et Decanos rurales ac alios, ad quos de iure vel
consuetudine spectat, ubi negligentes fuerint per subtra
ctionem prouentuum autoritate nostra arctius compellantur.
Non debent animarum curæ præfici religiosi, sed ad
regulæ (quam professi sunt) obseruan
tiam compelli. Cap. xii.

Exprese cauentes ne cura ecclesiistarum, beneficiorumque
concedatur religionem quamcunque professis, etiam
exemptis, quod si aliqui hactenus admissi uel recepti essent,
nisi de voluntate favoreque superioris sui, legitimisque causis
rōstiterit extra sua monasteria degere, nequam sibi ins
tegrum fore putent, quando illos sic vagos per Ordinarios
vel vicarios ad superiores suos, per victimus denegationem,
aut alia iuris remedia remittendos esse iubemus.

Licebit pauperi cōuentui cuilibet sue ecclesiæ, dixiti tan
tum coherentib[us] præficere religiosum probatum prius et ad
missum per episcopum, sed ne ad sacros quidem ordines, ab
quam tales promoueri debent. Cap. xiii.

Monasteriorum prælati vñitas ecclesiæ habentes,
prædictos vicarios perpetuos, uel ad nutum amouen
dos in eisdem ecclesiis in posterum nō constituant, nisi prius
per Ordinarios aut eorum vicarios ut idonei et apti fues
sent admissi, ecclesiæ tamen suis monasteriis vñitæ, usq[ue]
deo propinquæ, quod religiosæ earundem curam habitur

sub religione, in monasterio, sub debitaq; obedientiaflare possent modo sint habiles & idonei, per huiusmodi religiosos prouideri possint, id quoq; permittimus de monasterio quod tam tenuē est, ut debitam sustentationem habere nequeat, volentes religiosos & qualitercumq; exemplos curata beneficia habentes Ordinario loci esse subiectos. Cū in ecclesia dei magis preſlet paucos bonos & doctos q; plures indoctos & imperitos habere ministros, id quod ratio nostrorum temporum exigere videtur. Idcirco deinceps nō iniunguntur sacris ordinibus, nisi viri morum, vitae candore, & doctrina p̄c ceteris spectati probatiq; per testimoniū examinis rite seruandi.

Extra diocesim ordinati, sine Ordinarii authoritate ac litteris testimonialibus ad diuina nō admittātur. Cap. xiii.

Quod attinet ad ordinatos in urbe vel in alia quacunq; aliena diocesi, sancimus, ut & illi suarum ordinationum literas & titulos ostendant. Et simili modo ad diuina peragenda prius non admittantur, q; ab episcopo vel vicario seu Officiali fuerint rite admissi.

Sacerdotes in libidinem effusos ex nephario concubinatu pollutos pœnis ac censuris ecclesiasticis coercendos. Cap. xv.

Préterea cum nihil que conueniat omnibus numeris ac eos esse mundos, qui vasa domini portant, & in sacrario operantur, quales sacerdotes constituit ipse dominus, qui quotidie sacrosancta tractant, & in illis versantur. Igitur volumus, atq; iuxta sanctiones canonicas feliciter a diuis patribus institutas sancimus, ut castæ, continenterq; vivant. Sacerdotes concubinarii, incontinenterq; vitam

REFORMATIO

agentes, Canonum pœnis in ordinem redigantur, nulla com
fuetudine eis, nulla connuentia, imo damnoſa prælatorum,
negligentia patrocinante.

Stationarios qui eleemosynam paclti sunt, prohibendos,
qui vero integra fide colligunt, non admittendos
nisi sub testimonio Ordinarii. Cap.xvi.

Quo vero ad quæstores, qui vulgo Stationarii appels
lantur, statuimus, ne quis quavis authoritate ex literis
rarum occasione, vel ad prædicandum, vel subsidia,
eleemosynasq; colligendas se ingerat, vt cunq; se iactet ins
dulgentius abundare, nisi prius literæ admissionis ex appro
bationis. Ordinariorum vel vicariorum ab eo prolatæ fue
runt, aſtrigentes ipſos ordinarios ut tales admittant, quid
probaret vitæ testimonium habeant. Et de prædicatione sua
dum opus erit rationem reddere possint eleemosynis, pie
rumq; oblationibus non abusuri per luxum proprium, relati
gione iurisurandi affirmatur, se nec quotam nec totam col
ligendi facultatem certa summa pecuniarum pactos esse.
Fratribus tamen mendicantibus integras, saluasq; concessio
nes a sede apostolica factas relinquimus.

Vagos sacerdotes non tolerandos vltra mensem, nisi cum
testimonialio ordinarii vnde discesserunt, eiusq; cuius
diceſſim intrarunt admissione. Cap.xvii.

Et ut pastor agnoscat vocem ouis ex illa vicissim vo
cem pastoris audiat, tollaturq; omnis vagandi occa
ſio. Ordinamus, q; presbyteri, peregrini ex ignoti ad missa
rum sacrificium non admittantur, nec vltra mensis ſpacium
in consortio presbyterorum tolerentur, niſi exhibeant literas
admissionis alterius ex Archiepiscopis vel episcopis, in

immo diccesim se translulerint, ac documenta & literas
testimoniales sui ordinis a cuius diccesi proxime discesserunt,
quibus de eorum ordinibus & honestate constet, ne
aliquis incorrigibilis post perpetratos excessus impune ad
alienam diccesim transcedendo evadat.

Seruandas in crario templi pecunias templo dedito-
cetas, nec erogari debent, nisi accedente ad vos
luntatem praefectorum crariorum, Rectoris
quod consenserit. Cap. xviii.

VT autem Christi fidelium eleemosyna in usum pro quo erogantur vertantur, non liceat procuratoribus seu vitricis fabricarum in singulis ecclesiis quicquam de pecunia ad fabricam pronenientibus distribuere, aut in aedes superiorum vel alterius rei usum dispensare, sine rectoris scitu, sed ad armaria fabricae reponantur, ut hactenus seruatis est, duabus vel tribus clavis pro loci consuetudine tenendis, quarum una ipsi rectori seruanda tradatur, obseruato usu in clavis & rationibus reddendis a principibus & superioribus hactenus recepto.

Episcopi debent suis vicariis, qui & ipsi episcopi sunt,
ita prouidere, ne cogantur contra episcopalem dignitatem queſtiui seruire. Cap. xix.

STATUIMUS quod & ordinamus, ne Episcoporum in pontificalibus vicarii in consecrandis ecclesiis & altaris bus, quod sacri iubent canones quicquam omnino exigant, excepta procuratione. Conuenit namque ut pro qualitate statutis ipsorum episcopi prospiciant, prestanto precipue penſiones super fructibus mensae episcopalibus a sede Apostolica constitutas, ne aliquid attendare habeant in dedecus

REFORMATIO

episcopalis dignitatis.

Rediguntur dies festi in numerum, cæteri ita abrogantur, ut nihilominus peragantur diuina. Cap.xx.

Nec ab remissione iussis de causis adducti festorum multitudinem constringendam esse duximus. Statuentes et ordinantes ut de cætero dominica dies, quæ in gloriam dominicæ resurrectionis ad nos usque a primitiva ecclesia maxime celebris semper habita est. Dies quoque nativitatis Christi, sancti Stephani, Iohannis et Innocentum, Circumcisionis, Epiphaniorum, Paschæ, cum feria secunda et tercia duntaxat; Ascensionis, Georgii, Pentecostes, cum feria secunda et tertia duntaxat; Corporis Christi, et praesertim quatuor beatæ virginis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis, Natalitia apostolorum, Iohannis Baptiste, Magdalene, Laurentii, dedicationis, Michaelis, Omnium sanctorum, Martini, Nicolai et Catharinae celebres quoque et festi habeantur. In ceteris autem festis etatibus, quacunque ratione, vel inslituis, vel receptis, et que sub precepto celebrari debeant permittimus, liberumque cuique facimus, ut missa audita, ad operas suas, quibus suam suorumque alimoniam querere cogitur redire possit. Festis tandem dedicationum, patronorum et principalium nihil derogantes, quo ad eorum celebrationem in cathedrali sedi, cunctateque ac loco etiam Episcopalis residentiae duntaxatae, quibus diebus interdicta sit nuptiarum celebritas.

et quatenus ieuniam plebi sit imponendum. Cap.xxi.

Cunq[ue] in certis locis et dioecesibus inter pastores et gregem propter nuptiarum celebritatem, quam alii

Intronizationem, alii solennizationem vocare solent, multa
et iurgia et scandalum evenerint, declaramus et statuimus, quod matrimonia in conspectu ecclesiae possint solenni-
zari, nullo ab Ordinario ad hoc consensu petitio, aut qua-
piam re pro eo exposita. Exceptis tamen tota quadrage-
fima, ultima hebdomada Aduentus, festis Paschae, Pente-
costes et Nativitatis dominicae cum octauis ac diebus Ros-
gationum. Ieiunia quoque ab ecclesia instituta sub debito obe-
dientiae sanctae ecclesiae catholicae in posterum indici des-
bent, omisso excommunicationis verbo, ne infirmorum con-
scientie offendantur, cum his temporibus pietas penè oms-
nis iaceat, sacerdotibusque parum deferatur.

Quod cædes clericorum authores tantum diuinis ex-
cludere debeat. Cap. xxii.

VT igitur et extinctus cultus excitetur, populusque non
sit indies negligenter, statuimus, ut propter cæ-
dem clericorum persona tantum, non autem locus interdis-
cendus veniat, nisi certu concursuque populari facinus pa-
ratum esset.

Quod Episcopi non debeant clericorum bonis ins-
hiare, qui legitimos hæredes aut successo-
res relinquunt. Cap. xxiii.

TNibemus insuper, ne in posterū Episcopi clericis legi-
timis ab itestato decederib; in patrimonialibus bonis,
aut industria propria acq; sitis, succedere possint aut debeant,
Quod secularis potestas capere possit apostatas, debet tas-
men ordinario tradere, cuius erit in ipsis animaduerte-
re. Quodque non liceat episcopis pensionum aut ab-
sentiarū decimas extorquere. Cap. xxiii.

CVnq; quotidie ob nouas, imo iam olim dannatas hęc
 creses apostatarum numerus tam religiosorum q̄ sacerdotum in immensum crescat, q̄ plurimis eorum uxores
 ducentibus. Ut ergo sacrilegia hęc impunita non remaneant,
 concedimus quibuscumq; principibus, statibusq; pos-
 testatis secularis, eorumq; Officialibus facultatem, ut eius-
 modi apostatas & sacrilegos capere possint, modo reos ip-
 sos Ordinariis infra tempus debitum tradant & assignent
 absq; aliqua in eos tortura & animaduersione debite pun-
 niendos, quibus enixe mandamus, ut omni posita mora fa-
 uoreq; diligentius q̄ hactenus factum fuit iuxta sacras san-
 ctiones, omnino puniant facinorosos, adeo quod criminis
 enormitate exposulante, possit episcopus seruata forma
 capituli primi de hæreticis in sexto, reum curiae seculari
 relinquere, vel ad perpetui carceris ærumnam damnare.
 Negligentia autem ordinariorum, ad Apostolicam sedem
 deducta, iudices ecclesiastici ab ea deputabuntur, qui con-
 silio de ordinariorum negligentia ad preces principum,
 aliorumq; seculariū reos maxime hæreseos meritis pœnia
 affident. Quod iam episcoporum quidam ut accepimus de
 beneficiorum pensionibus atq; absentiis decimas exigant,
 cum sit id contrarium iuri, longeq; præstet male inductos
 vsus delere q̄ inusitatum quid admittere, Idcirco decimas
 eiusmodi ulterius exigi, solviq; interdicimus, vsuq; talem
 qualitercumq; receptum cassantes, cassatūq; esse censentes,
 quod non liceat episcopis beneficiorum fructus im-
 modice ac auare clericis surripere. Cap.xxv.

Tem improbamus, & vt absonum prorsus reiūcimus ab
 episcopi medios exigi fructus de beneficiis quæ vnius
 sustentatione

vix sufficiunt; ut sunt quæ non excedunt ualorem triginta duorum Rhenensum, de quibus in Romana cura mediæ frustus non exiguntur. Quod etiam ab ordinariis obseruan- dum esse præcipimus, nisi concordatis aliter cautum esset uel honesta ratione aliquid, sine tamen reprehensibili gra- uamine, accipient.

Archiepiscopi debent prouincialem synodus omni triennio conuocare. Cap. xxvi.

Caeterum quo maior fiat coniunctio, firmaq; magis inter prouinciales totius prouintiæ stabiliatur cōcor dia, antiquum morem synodorum innouantes statuimus, ut singulo triennio post Pascha prouinciale Concilium celebretur.

qui recusat altari seruire, non debet de altari viuere. Cap. xxvii.

Ad hæc cum beneficia propter officia iuxta patrum sanctiones dari consuerint, fieriç; uix possit, ut in canta præbendorum caterua non reperiatur, qui officiū oblitus, horas negligat canonicas. Hinc statuentes uolumus et ordinamus, ut locorum Ordinarii per Archidiaconos et Decanos de huismodi sacerdotibus negligentibus se se diligenter edoceant, et secundum uniuscuiusq; negligentiā atq; desidiam fructus perceptos, uel in utilitatem ecclesiæ, vel in usum pauperum uertant. quod si post legitimas monitiones, et simul primam correctionem in eandem negligentiam (quæ dissolutæ prorsus mentis indicium est) quis relabatur, tum beneficio etiam ecclesiastico priuetur, collatoriç; uel patrono de alio idoneo proximandi aut præsentandi sit potestas.

REFORMATIO

Qui sacramentorum communionem in totum neglexerint,
sepultura debent a sinoru sepeliri. Cap. xxviii.

Stur quisquis non confessus, nec Eucharistiae paschali tempore communionem sumpserit in uiolabiliter obseruandam esse statuimus, ac ubi quem contigerit inopinata morte obire inconfessum, sepultura praefata illum carere non volimus, modo ipsius Curato constet vel doceatur ipsum secundum iam dictam sanctionem confessum esse et simul communicatum, aliudque non obflet canonicum impedimentum.

Non committendum ut relinquatur impunita blasphemia. Cap. xxix.

Ad tollendam execrabilem blasphemiam divini nomine atque diuorum quos temnere fas non est. Statuimus et ordinamus ut quicunque clericus vel sacerdos deo palam maledixerit coniunctus contumeliisque; atque adeo obscenis verbis incessanter deum et dominum nostrum Iesum Christum, aut nunquam satis laudatam matrem eius gloriosam virginem pari blasphemia lingua impetuuerit aliosque sanctos blasphemauerit, fructuum vel bonorum priuatione, seu aliis poenis, pro qualitate blasphemie et delicti plectatur.

Seruanda que aduersus symoniacos sacrificanes decernunt. Cap. xxx.

Contra symoniacos labem non discedimus a patrum sanctionibus, iubentes eas sub poenis in illis contentis obseruari.

Divinatores haereticos et fidei dilaceratores non modo vitando, ac rescedendo, sed severa quoque animado uersione plectendos. Cap. xxxi.

IN sortilego diuinaculosq; incantatoresq; clericos, quos tam sacræ leges q̄ patrum decreta execrantur, statuimus et ordinamus, ut arbitrio superiorum infamia notentur, si qui moniti non desisterint, ordine amoneantur, inq; monasterium ad tempus arbitrium superioris relegantur, beneficiis officiisq; suis ecclesiasticis priuati. Ceteri autem pseudochristiani de fide parum probe sentientes citra delictum personarum, Hæretici quoq; uel Iudaismum referentes, à sancta Christianorum congregazione procul arceantur, contraq; eos diligent inquisitione procedatur per ordinarios vel eorundem vicarios, aut hæreticæ prauitatis inquisidores, uel per iudices à sede apostolica, vel per nos deputandos, ut non resipiscentes penitentiā punitur debitiss.

Ut sacerdotes oportet sacras literas assidue discere
ita laicorum est non temere de illis disceptare
ac iudicare. Cap. xxxii.

Probibemus etiam tam clericis q̄ laicis de sacro sancta
fide temere præcipue inter pocula atq; coniuicia dis-
sceptare, iniungētes sacerdotibus ut omni modestia utatur,
et peculiariter operā impendant nouo veteriq; testamēto
legēdo ut par est, ne per ocia in vitia voluptatesq; labātur.

Decet episcopos in suos vicarios esse liberales pre-
latosq; omnes eleemosynarios. Cap. xxx.

Statuimus et ordinamus, ut quilibet eps diligenter pro-
videat atq; in primis id curet, ut vicarii suue ppetui si-
ne pro mutu positi competentē uiuendi portionē assequan-
tur, ne detur eis ansa suos subditos ob rei familiaris penitus
riam grauandi. Porro quod proxime accedit ad apostolos
rum institutionem moremq; primitiue ecclesiæ, hortamus

REFORMATIO

cum prælatos, cum reliquos sacerdotes ut meminerint paue
perum, et eleemosynis siudeant alter alterum vincere.

Veterum decreta sanctionesque pulchrum est
obseruare. Cap. xxxiiii.

SVNT item pleraque alia à summis pontificibus sacris cō
sciliis prouincialibusque, et synodalibus cōstitutionibus
prodita, quæ mire decent et adornant candorem uitæ cle
ricalis, nec minus obuiant offendiculis, quæ Christus passim
cauenda præcepit, quæ uelut sancta teneri et obseruari mā
damus, transgressores secundum canones ipsos prædictosque
constitutiones puniri volentes.

Episcopi in synodo quomodo de more veterum singulis
annis oportet celebrare, debent has constitutiones
publicare, et subditos ad earum obseruan
tiam compellere. Cap. xxxv.

TNHIBENTES propterea omnibus et singulis vicariis et
officialibus, necnon et archidiaconis et decanis ruræ
libus aliisque, ad quos criminum denunciatio correctioque; quo
modolibet spectat, aut quibus id per ordinarios committet
etur, ne ad excessus transgressionesque alicuius dictarum cō
stitutionum statutorum et ordinationum nostrarum ob
cuniam etiam vltro oblatam, aut alterius rei gratia connis
ueant, sed potius ad poenas de iure vel consuetudine debi
tas contra delinquentes, pro delicti qualitate et officii sui
debite procedant, atque ut ita fiat (quoniam nihil proderit
leges condere, nisi sint, qui conditis viuant) mentemque; eas
rum exequantur, utque res floreat catholica fides ecclesiastis
eaque dignitas, heresisibus radicitus extirpatis, suum locum
recuperet, idque vix alio medio aptius atque commodius fieri

possit q̄ synodis. Itaq; priscum synodorum morem renouare
re cupientes, statuimus & ordinamus ut singulo anno sal-
tem synodus diœcesana opportuno tempore à singulis epi-
scopis celebretur cum potioribus prælatis decanis ruralibus
virisq; dignis, in quibus per quartas designentur iudices,
per diligenter intendant si statuta prædicta, ac alia per sy-
nodos de scitu episcopi statuenda obseruentur, inuocato ad
hoc si opus fuerit brachio seculari. Mandantes propterea,
ut huius nostræ constitutionis ordinationisq; series in præfa-
tis synodis tam provincialibus q̄ diœcesanis, in earundem
principio diligenter legatur, ne quis in futurum ignorantiam
prætexere possit. Datum Ratispone, Anno à Natiuitate do-
mini, Millesimo quingentesimo vigesimoquarto, Nonas Iunii,
Pontificatus præfati dñi nostri Papæ anno primo.

Visa.

Inl.

Flo. Montinus.

D. de paternina.

G. Prego.

S E Q V V N T V R N V N C

Statuta Synodalia Reuerendi in Christo patris,
domini Valentini, Episcopi Hildesheim.



N NOMINE PATRIS ET
filii & spiritus sancti. Amen. Valentinus Dei ex apostolicæ sedis gratia episcopus Hildesheim. vniuersitatem secularium & regularium ecclesiarum prælatis, canitulis, conuentibus, rectoribus, plebanis, viceplebanis, canonicis, capellanis, presbyteris, clericis, & laicis per ciuitatem & dioecesim nostras ubilibet constitutis presentibus & futuris, salutem in domino sempiternam. Christus ille optimus maximus gubernator & rector omnium cœlestium & terrenorum, æquo tramite cuncta disponens uoluit & in terris, cum spiritualium, tum & secularium negotiorum, legū quandam esse seriem, qua in humanis degentes, ducti, nativa insolentia, quæ perpetuo ad malum flexa est, postipso fita à vitiis tanto magis deterrentur, alter ab altero diligenter adamareturq; ita ut iustitia matre & duce, omnia iusto ducerentur tramite. Pacata & in tuto omnia confiserent, cohicereturq; appetitus & libido lædendi proximi. Cuius consideratione moti, cunq; ecclesiam & dioecesim nostras Hildesheim. pluribus annis grauissimis bellorum ac tumultuum fluctibus & procellis misere vexatam & afflictam Episcopo ac Pastore sponso suo viduatam atque orbatam, & ab optimo quoque flore, præcipue leo

gum ordine pessum iisse ac cecidisse, legibus diocesorum
nis bonisq; et salubribus statutis carere, et (in summa
quod aiunt) omnia suscipi deq; versa. Sacraq; prophanis
mista esse reperiijsemus. Ad honorem dei omnipotentis, glo-
riosissime virginis Marie matris eius, beatorum apostoloros
rum Petri et Pauli, Godehardi, Epiphani, Bervvardi et
aliorum patronorum nostrorum, ac sanctorum omnium
pro communi cleri, ciuitatis et diocesis nostrarum utili-
tate proq; expurgandis sordibus quibus ecclesia et dioces-
sis nostra polluta est. Utq; singula suo ordine gerantur,
et cuique quibus porro sibi viuendum sit legibus et ordi-
ne constet, has synodales nostras constitutiones ex iure,
et patrum decretis sumptas, prater aequum et honestum
nihil spirantes, sed ad unius dei et suorum cultum pro-
ximiq; dilectionem deseruientes, hic congeffimus. Quare
ne hic labor et studium nostrum, integerq; animus nos-
sler in vos frustraneus sit et illudatur, auctoritate nos-
stra ordinaria, uobis omnibus et singulis, nostris curae et
gubernationi commissis ac subiectis, mandamus, uolente
es ut has nostras quas videtis sanctiones synodales studiose
et inviolabiliter obseruetis, et iisdem pro statutis synodales
libus ab hinc in futurum vitamini, hoc addito, ut quis archi-
presbyter nobis subiectus eadem habeat et apud se custo-
diat, perq; se seu suo nomine in capitulo rurali confratribus
suis, et omnibus quorum interest annuo et singulis annis
ad minus bis prelegat, publicet et publicari faciat, et pro-
curet. Contra facientibus ecclesiasticis et aliis iuris reme-
diis et censuris obuiatur. Interim non ab re generalem cle-
ri Germanie reuerendissimi dñi Cardinalis Capegii refun-

STATUTA SYNODALIA

mationem Ratissone euulgatam præmissam fuisse putates.

De summa Trinitate & fide catholica. Cap. I.

IN primis igitur omnia & singula quæ propter sui exquisitam & probatissimam perfectionem ac clarissimam et candidissimam veritatem adiectione vel declaracione vla non indigent, & ad quæ repote ad principium, medium, & finem salutis omnium corda nostra, manus & oculos eleuamus deuoti, & quod sancta catholica & apostolica Romanaq; credit, tenet, & docet ecclesia sanctissima, piissima, & prudentissima mater nostra. Et nihil aliud credendum, tenendum; ac docendum, statuimus et ordinamus, atq; præcipimus.

Ceterum, ea quæ per reuerendissimum in Christo patrem & dñm, dñm Laurentium S.R.E. Sabineñ, episcopum Cardinalem, de latere ad Germaniam sanctæ & apostolicæ sedis olim legatum (tam circa reformationem vitæ ac moriorum cleri Germanicæ, q; antiquados abolendosq; abusus, quæ hic præinseri curauimus) Ratissone ædita ordinata & statuta sunt, reuerenter & obedienter acceptamus atq; suscipimus. Illaq; ab omnibus subditis nostris obseruari mandamus.

Ex concilio prouinciali Aschaffenburgensis D. Petri archiepiscopi Moguntini.

Item statuimus & ordinamus, vt si aliquis clericus vel laicus vtriusq; sexus cuiuscunq; dignitatis, religionis, uel status existat, ausus sit præsumptione & pertinacia damnabiliter publice prædicare, uel occulte docere, credere, uel tenere, quod sacerdos in mortali peccato existens non possit confitere corpus Christi, seu sic ligatus non possit ligare vel solvere suos subditos a peccatis, pro heretico, & incredulo ha-

beatur, & errorem huiusmodi sacri concilii approbatione condemnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus, cum sacræ scripture dicat auctoritas, quod siue bonus, siue malus fit minister, per utrumque deus effectum gratiae suæ, confert. Nō enim quæ sancta sunt, coquinari possunt, nec ipsa sacramenta potest hominum malitia prophanare, unde sacerdos quantumcumque pollutus existat, diuina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagiorum existunt. Licate ergo a quocunque sacerdote ab ecclesia tolerato, diuina mysteria audiantur, & alia recipientur ex ecclesiastica sacra menta.

Ad idem de blasphematoribus & sortilegiis.

Quamuis sacris canonibus & sanctorum patrum traditionibus contra manifestos sanctorum blasphemos, ac damnatum & abominabile scelus idolatriæ, velicet incantationes, superstitiones & sortilegia phitonum & phitonissarum, in locis diuersis sufficienter cautum & prouisum existat. Quia tamen (quod mentis amaritudine referrimus) adhuc vitia talia in multis locis nobis subiectis existant in usu, quapropter erroribus et periculis exinde indies consurgentibus, quantum in nobis est obuiare cupientes, stricte statuto praesenti perpetuo duraturo præcipimus, ut contra tales statuta canonica desuper edita summa cum diligentia ab universis nobis subiectis practicentur, & in confessionibus de peccatis huiusmodi solers fiat inquisitio, & tam mares quam mulieres talia exercentes, a communione sacrementorum excluantur, ac pro absolutione ad nos uel vicarium nostrum remittantur. Et nilominus si qui publici blasphemati reperti fuerint, uel de huiusmodi incantationibus uel

STATUTA SYNODALIA

*superstitutionibus ab ecclesia reprobatis se intromiserint, vel
eisdem fidem adhibuerint, ut ab his infra breve tempus eis
statuendum desistant, volumus moneri sub pena suspensionis
nisi à diuinis & ecclesiastica sepultura, a quo non nisi per
nos uel uicarium nostrum aut nostros superiores valeant lis-
berari & absoluiri. Hoc etiam statutum nostrum salutiferum,
ne quis illius ignorantiam prætendere possit, volumus per
rectores ecclesiarum ac curam animarum habentes, in causa
cellis ecclesiarum, si & quoties expedire visum fuerit, ses-
lenniter publicari.*

De officio archipresbyteri.

Cap. ii.

*I*n demnitatibus ecclesiarum & beneficiorum quæ fre-
quenter propter eorum longam vacationem grandia in
spiritualibus & temporalibus dispendia patiuntur, occur-
rere volentes. Statuimus, ut quilibet archipresbyter seu eius
locumtenens singulis annis ad minus bis, scilicet in quibus sit
bet sex mensibus, semel in præsentia confratrum suorum in
loco capitulari congregatorum de omnibus beneficiis infra
archipresbyteratum suum vacantibus curatis, & non cura-
tis, quæ ultra tempus collatoribus & patronis eorum à iure
statutum vacauerint, necnon de ipsis collatoribus & patro-
nis, ac eorum nominibus diligentius inquirat, nobis seu vice
ario nostro in spiritualibus illa cum suorum patronorum &
collatorum nominibus, quamprimum commode possit (sic te-
men quod istud ultra duorum mensium spaciem non diffe-
ratur) post inquisitionem huiusmodi in scriptis notificet,
quod si facere obmiserit penam suspensionis ab officio dis-
minorum dictorum (duorum mensium spacio lapsi) incurso-
rat, quam etiam penam quilibet confratrum, qui super pres-

missis requisitus, ea archipresbytero scienter cœlauerit, incidat simili modo. Verum quia nonnulli prætextu literarum apostolicarum quas se impetrasse mentiuntur, ecclesiastica beneficia vacâria propria temeritate in periculum suarum animarum occupare præsumunt. Ordinamus ut de cœtero quilibet archipresbyter seu eius locum tenens tam eorum, qui infra suum archipresbyteratum ecclesiastica beneficia vigore literarum apostolicarum assequuntur, quam etiam beneficiorum & patronorum eorundem nomina infra mensis spacium à tempore assecutionis huiusmodi computandum nobis vel vicario nostro rescribat seu notifice. Alioquin similem pœnam ut præfertur dicto mense lapsō incurrit. Tempus autem à iure datum pro conferendis beneficiis, patronis ecclesiasticis sex menses, laicis vero quantum intelligatur.

Ad idem.

Prætere a statuimus et ordinamus, ut quilibet archipresbyter seu locum eius tenēs infra proximos tres menses à publicatione præsentium, omnes suos confratres cœterosq; presbiteros seculares & religiosos infra suum archipresbyteratum beneficia ecclesiastica obtinentes, seu officiantes, de quorum titulis inuestituris, seu institutionibus, ac prouisionibus sibi non constat ad ostendendum sibi inuestituras titulos aut institutiones seu prouisiones beneficiorum suorum auctoritate nostra in scriptis cum insertione pœnæ suspensio nisi requirat, & de cœtero nullum infra suum archipresbyteratum ad officiandum aliquod beneficium ecclesiasticum, nisi prius ostenderit sibi titulum inuestiturā aut institutionem et prouisionem sigillatas scienter toleret vel admittat. Quod si

STITVTA SYNODALIA

archipresbyter quempiam talium literas suas ut præfertur
sibi non ostendentem in regimine & officione ecclesiæ
stili beneficij contra præmissa tolerare præsumperit ipsum
ut supra mandatur non suspendendo, extunc aliis quindam
cum diebus elapsis archipresbyteri ipse suspensionis senten-
tiam propter huiusmodi negligentiam incurrat ipso facto.
Sit etiam forma suspensionis, quam in scriptis archipresby-
teri ferant. Quia tu monitus ut titulum vel prouisionem tuæ
beneficii ostenderes, infra quindecim dierum spaciū hu-
iusmodi mandato nō paruisti, nec titulum ostendisti, idcirco
auctoritate mihi cōcessa, te in his scriptis a diuinis suspēdo,
ac suspensum denuncio, quā formam etiam in aliis censuris
infigidis, iuxta causarum exigentiam volumus obseruari.

Ad idem.

Considerantes q̄ archipresbyteri rurales pro eo consi-
tuuntur, vt clericorum honestatem & confratrum utilitas
tem procurent, excessus eorum referant. Mandata nostri vī
carii & Officialium nostrorum debite exequantur, & singu-
la quæ a superioribus mandantur ad notitiam confratrum
suum deducant, que tamen ab archipresbyteratibus suis
absentes nequeant adimplere. Statuimus & ordinamusq; ut
quilibet archipresbyter diaœesis nostræ Hildesemæ. teneat
tur infra suum archipresbyteratum facere residentiā per-
sonalem, decernēn. ut absentes a suis archipresbyteratibus
archipresbyteri, nisi infra mensim proximum a publicatio-
ne presentium ad residentiam, se cum effectu receperint, &
etiam illi qui de cetero, a suis archipresbyteratibus se ab-
sentauerint. Et animo alibi residendi seu domicilium extra
archipresbyteratum suum constituendi & fouendi in ab-

fentia huiusmodi per vnum mensem manserint, suis archis presbyteratibus lapsō mensis spacio prædicto, sive eo ipso priuati. Moxq; camerarius teneatur confratres capitulares, pro electione alterius archipresbyteri conuocare, & alium archipresbyterum eidem eligere. Quod si camerarius infra quindecim dies post lapsū dicti mensis facere neglexerit, sit eo ipso ab officio diuinorum suspensus.

Ad idem.

Hac insuper constitutione, vniuersis & singulis archis presbyteris præcipimus, vt notorios excessus & presertim illos in quibus ecclesia scandalizatur, quorūcunq; infra suum archipresbyteratum beneficiatorum seu aliorum clericorum infra duos menses a tempore notitiae sue compunctionis nobis seu vicario nostro notificant & conscribant. Quod si quis facere neglexerit, & huiusmodi statutum excutum non fuerit cum effectu, præter omnipotentis dei indignationem quam incurrat, pena condigna per nos vel nostrum vicarium puniatur, et inflectetur. Sunt autem scandalosi excessus, furtum manifestum, presbyteri homicidium, fornicatio scandalosa cleri, & adeo notoria, quod nulla tergiversatione celeri potest, si clericus literatore publice, & in forma ecclesiæ excommunicatus celebraret, legendo euangelium, seu epistolam. Si clericus usurpam manifeste exerceret. Si clericus cuiuscunq; gradus post monitionem archipresbyteri se tabernis, lupanaribus, & auctibus illicitis, & litigiosis notorie immisceat, & his familes, qui pro loci, temporis, & personæ ratione scandalosi dici possunt.

Ad idem.

INsuper ordinamus, vt nullus archipresbyterum ruralē

nostræ dioecesis electus aut eligendus nondum confirmatus, officium archipresbyteri ante confirmationem suam a nobis vel vicario nostro obtinendam exercere, aut se archipresbyterum nominare, vel scribere, vel pro tali gerere quomodolibet presumat. Formam autem iuramenti per archipresbyterum quemlibet in sua confirmatione prestandæ talem esse volumus, ut sequitur. Primo videlicet, iurabit quod mandata nostra ac vicarii, et Officialis nostrorum pro tempore existentium reuerenter exequatur, ac nobis et eisdem fidelis erit, quodq; officium ad quod electus est, fides liter exercebit absq; dolo et fraude. Item, quod penes se haheat statuta synodalia, et illa quater vel evidenti occurrente impedimento bis, in anno confratribus suis ad intellectum publicabit, ea quoq; iniurabiliter obseruabit, et in aliis, quantum in se est, obseruari faciat, dolo et fraude de semotis, q; insuper excessus confratrum suorum prout ad se spectat corrigere, incorrigibiles vero pro eorum excessibus pro quibus deferendi sunt, nobis vel vicario aut Officiali nostris deferre non tardabit.

De renunciationibus beneficiorum. Cap. iii.

VNIERSIS nostri episcopatus ecclesiasticis personis beneficiatis districtius prohibemus, ne audeant aliter q; in manus nostras seu vicarii nostri in spiritualibus, et Officialis vel superioris ad hoc potestatem habentis, beneficia sua dimittere, et resignare, aut illa alias (nulla super hoc a nobis, seu vicario nostro, vel ab alio superiore potestatem habente obtenta licentia) relinquere, quod si secus factum fuerit ad huiusmodi resignata et dimissa beneficia, per nos vel vicarium nostrum, nisi forte ex causa ratio-

nabili tales resignationes auctoritate nostra approbarentur seu ratificarentur, quisquam nullatenus instituatur.

De temporibus ordinationum. Cap. iiiii.

Sæpe contigit, q[uod] nonnulli clerici ciuitatis et diocesis nostrarum vinculo excommunicationis astricti aut apostate seu irregulares vel idiotæ vel alias susceptione sacro sum ordinum indigni, in remotis partibus per alienos episcopos, quandoq[ue] furtive, et aliquando per saltum, et interdum extra statuta tempora et alias indebite se faciunt contra statuta sacrorum canonum promoueri. Et deinde se a Rom. pontifice, vel alias debite promotos fore, mensientes, in sacris ordinibus presumunt ministrare. Volentes igitur his pro executione iuris communis iuxta posse prouidere, statuimus, ut nullus ciuitatis et diocesis Hildesemensis clericus, absque licentia nostra seu vicarii nostri ad sacros ordines promotus in ordinibus huiusmodi in ciuitate et diocesi nostris ministrare presumat, seu ad executionem ordinum taliter susceptorum per aliquem admittatur, imo ipsum et quemlibet ipsorum sic furtive promotum, ab ingressu ecclesie suspendimus, donec et quoniam de ordinibus suis coram nobis aut vicario nostro in Syria et aliis legitime docuerit, et quod admitti debeat, nostris seu vicarii nostri patentibus literis ostendat. Signis autem hanc constitutionem transgredi et contra illam in suscep- tis ordinibus non admittitur (ut prædictetur) ministrare præsumperit; eo ipso sententiam excommunicationis incurrit, quam etiam extunc per archiepresbyterum et alios confratres apud quos moram fecerint ipsos incurrisse denun- ciati voluntur et publicari.

STATUTA SYNODALIA

De filiis presbyterorum. Cap. v.

SAcris disponentibus, ordinationibus filii sacerdotum in ecclesiis patrum ministrare, aut ea seu alia in eisdem beneficia ecclesiastica quomodolibet obtinere et ipsi et aliis illegitime nati, seu ex illegitimo coitu procreati sine dispensatione sedis apostolicæ unum beneficium curatum obtinere prohibentur. Et si ex dispensatione huiusmodi unum curatum, deinde tacito defectu natalium quem patiuntur, a sede præfata, ut duo vel plura beneficia similem curam habentia, recipere possint et retinere valeant, et si eis cas nonice conferantur, obtineant, talis dispensatio tamquam per surreptionem obtenta, nullius penitus sit momenti, quapropter censem, parum fore iura condere, nisi executioni demandentur. Volumus et statuimus, ut deinceps sacerdotio filii in suorum patrum ecclesiis in nostris civitate et diœcesi ministrare, aut eas seu alia beneficia in eisdem quomodo libet obtinere non præsumant, illaq[ue] ex tunc in antea per ipsums taliter contra iuris dispositionem occupata vacare decernimus, et eorum collatoribus licentiam talia idoneis conferendi præsentibus assignamus, nisi cum ipsis per sedem apostolicam de super fit dispensatum, eisdem presbyterorum filiis et aliis illegitime natis beneficiatis nostrarum civitatis et diœcesis præsentibus iniungentes, ut infra viii mensis spaciū a publicatione præsentium, de suis dispensationibus tam super eo q[uod] in ecclesiis patrum ministrare, succedere, et in eis beneficia obtinere valeant, q[uod] super defectibus suis, et pro obtinendis uno vel pluribus beneficiis a sede prædicta obtentis, coram nobis vel vicario nostro doceant, ut animarum periculis obvietur et ecclesiasticis

Sicis beneficis debite prouideatur, q̄ si secus fecerint, cōtra ipsos secundum ordinaciones p̄dictas, prout de iure poterimus, procedemus.

De clericis peregrinis. Cap. vi.

DIdicimus quod in ciuitate & dioceſi noſtris Hildeſemē, plures clerici peregrini, de quorum promotione non conſuet, in ſacris ordinibus publice miniftrant, & curam regant animarum, licet literas commendatior & dimiſſorials fuorum Epifcoporum, vel examen nunquam offendunt. Volentes igitur in hiſ p̄widere, ſtatuumus ut deinceps nullus clericus peregrinus, ſive ſecularis, aut relēgioſus exiſtat, ad executionem ſacrorum ordinum infra ciuitatē & dioceſum noſtras in publico admittatur, niſi per literas noſtras, aut vicarii noſtri ſe admittendum fore priuofendat. Si quis autem contra hoc ſtatutum per nos uel Vicarium noſtrum non admiſſus ſcienter miniftrare, & de cura animarum ſe intromittere p̄fumpferit, eo ipſo ſententiam excommunicatiſ incurrat. Quam etiam ſententiā tam calider delinquentes incurriſſe volauerū denūtiari, certificā, quoſlibet coram caliter excommunicatis poſi buſ inſmodi denuntiationem celebrantes, fuſpensionis ſententiā à iure in tales promulgatam incurtere, & exinde noſtam contrahere irregularitatis.

De maioriſtate & obedientia.

STATUIMUS ut unusquisq; archipreſbyter, reſtor, plebae noſtrus, uiceplebae noſtrus, ſive curatus nobis ſubiectus literas noſtras ac Vicarii & Officialis noſtrorū noſtraq; & eorū mandata reverenter ubiq; infra limites ſuę parochie recipiat, & ſine dolo & fraude proxima dominica die ſequenti

STATUTA SYNODELIA

diligenter exequatur, nunciosq; literarum nullo modo pro-
dat, sed pro viribus defendat. Secus autem faciens et con-
frito de eo puniatur. Volumus etiam et statuimus ut in exe-
cutione quorumcumq; mandatorum, literarum, et processum
a nobis uel vicario seu Officiali nostris emissorum, dies, me-
ses, annus, nomen exequentis, et locus executionis per re-
ctores, plebanos et viceplebanos apponantur, ut sic vide-
tur, executor scribat a tergo mandati eiusdem propria fa-
miliu. Executum est hoc mandatum per me N. plebanum
ecclesie in N. nomen et cognomen suum, ac ecclesie suae
nomen exprimendo. Anno infra scripto, die tali, mensis tas-
tis, et c. ut de huiusmodi executione legitima fides per hoc
habetur, alioquin si secus factum fuerit per Officiales
gravius puniatur.

Inhibemus quoq; ne quispiam clericorum nobis subiectos
rum euicuq; cōgregationi, cap. aut cōcūculo, in quo quicq;
in præiudicium status et honoris nostri et successorum no-
strorum episcoporum Hildesemensem, seu iuriuum episcopalium tra-
ctatur interesse, dando constitutum auxilium uel favorem, scien-
ter et dolose præsumat, secus autem faciens nostram incur-
rat ultra poenam iuris indignationem.

Et præterea considerantes, quod tunc ecclesiasticus or-
do confunditur, cum vnicuiq; honor debitus non obserua-
tur. Statuimus et ordinamus quod in ecclesiis collegiatis cō-
mentualibus seu capitualibus antiquæ honestates et consue-
tuines approbatæ debite obseruentur, et prælatis earum
dem in assurgendo, et aliis prærogatiis, debita reveren-
tia et obedientia, cum sint columnæ ecclesiæ earundem
exhibeantur, tam a canonicis, q; aliis simplicibus presbytis

sis ecclesiarum huiusmodi. quod si quis huius statuti transgressor repertus fuerit, in fructibus pretendere suis taliter puniatur, ut discat superioribus honorem & reverentiam condignam impendere & exhibere.

De iudiciis. Cap. viii.

Qviae cause matrimoniales cum dependentibus & connexis per eos qui potestatem iudicandi habent, & canonum statuta non ignorant tractari & diffiniri debent. Statutum & in virtute sancte obedientie mandamus, ut deinceps unusquisque presbyter habens curam animorum, ac subditos, quorum cohabitatio seu discohabitatio, seu matrimonia publica in veritate vel errore fuerint; ita quod de his, an inter subsistere possint saltem probabile dubium extiterit, tales postquam hoc sciant, specificce moueant, & super his infra duos menses proximos, pro declaratione decisionis recipienda, ad nos vel officialem nostrum remittant, in & sententiam iudicium super his petant, & ab inde causam huiusmodi usq; ad finem quantum in eis est, prosequantur, alioquin taliter moniti, si hoc infra eosdem duos menses facere concuerint, ecclesiastica sacramenta eis in vita denegentur, & morientes peccata sua non confessi, careant ecclesiastica sepultura. Presbyter autem curatus, qui taliter mouendo non processerit, per nos, vel Vicarium nostrum graviter & condigne puniatur. Volentes ut quilibet plebanorum, huiusmodi nostram constitutionem singularis annis semel aut bis in ecclesiis eorundem publice & publicari faciat.

Inhibemus quoque omnibus & singulis fabdatis nostris

STATUTA SYNODALIA

clericis & laicis cuiuscunq^z status aut conditionis existat,
ne de examinatione, cognitione uel decisione iudiciale, qua
renunciaz^z causarum matrimonialium aliter q^z per modum
salubris consilii se intromittant, aut aliarum quarumlibet
de iure uel consuetudine ad forum ecclesiasticum spectan-
tium. Secus autem facientes decernimus excommunicatio-
nis sententiae eo ipso subiacere, per hoc autem non prohibe-
mus, quo minus in causis ubi transactiones locum habent, in
arbitratores & viros communes compromitti possit, per
qua discordiarum materiæ & questiones celerius ualeans
terminari, dummodo talia in fraudem non fiant.

De foro competenti. Cap. ix.

Attendendum q^z laici de ecclesiasticis negotiis intro-
mittere se non debeant, omnibus & singulis ecclesias-
ticis personis per civitatem & diocesam nostras ubi-
bet & constitutis interdicimus, ne quisq^z laicorum clericum ad
iudicia laicalia seu secularia dolose trahat, aut clerici se
trahat ad tales consentiant, uel huiusmodi uerita iudicia sub-
eant, seu ibidem aliquatenus respondeant, sub causa sua
cum sicut motarum, etiam si in huiusmodi vetitis iudiciis pro
ipsis indicaretur perditione seu amissione, feudalibus tam
causis exceptis, quas prout de iure uolumus tractari.

Ad idem, de foro competenti, seruetur capitulum lis-
bri secundi decretalium, cuius enor de ver-
bo ad uerbum sequitur.

Si diligenter & infra asservisti te v/sq; ad hęc tempora
tenuisse quod sit licitum clero renunciare saltem ip-
temporalibus causis iuri suo, & sibi laicum iudicem con-
stituere, præfertim ubi aduersarii volumai accesserit, ac tec-

vere instrumentum super hoc interpositum respondisisti, immemor constitutionis, qua canetur, pacto priuatorum iuri publico minime derogari, quam igitur ius hoc in Milvitate acen. ex Carthaginē, conciliis specialiter promulgatum sine, ne clericū clericos, relitto suo pontifice, ad iudicis publica pertrahant, Alioqui causam perdant, ex à communione habeantur extranei, ex tam Episcopi q̄ diaconi seu quidlibet clericus in criminali vel ciali negocio, si derelicto iusticio ecclesiastico, publicis iudiciis se purgare volunt, etiam si pro eis lata sit sententia, locion suam amittant, ex hoc in criminali actione, in ciali vero perdant quod emicerint, si locion suam maluerint obtinere, manifeste poterit, q̄ non solum iniuti, sed etiā voluntarii pacifici non possumunt, ut secularia iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale cui remonciari ualeat, Sed potius totū collegio ecclesiastico publice sit indulatum, cui priuatorū partis derogare nō potest, nec iuramentū licite seruari potest, quod contra canonica statuta illicitis passionibus informatur.

Præterea inhibemus, ne de cetero quicunque ecclesiastus ea persona civitatis ex diocesis Hildesemēn, nobis subiecta, seculare auxilium vel subsidium laicorum contra nos sive iurisdictionem nostram, sibi qualitercumq; assumat aut inuocet, vel sibi procuret, contrarium autem facientes, ex ipso excommunicationis sententiae subiaceant.

De alienatione iudicij mutandi causa facta,

Et cessionibus. Cap. x.

CVM alias sancta sedes Moguntineñ. inter alias statim et provincialia ediderit provinciale statutum, cuius honor sequitur, ex est talis.

STATUTA SYNODALIA

Quia plurium cessiones actionum in fraudem aliquando non pure & simpliciter ex causa seu causis legitimis fiant, Statuimus ut cessiones actionum ex iustis causis procedant in presentia episcoporum iudicium, vel Officialium suorum, & de licentia eorundem, si subsunt cause legitime, etiam tarent cedentes quod non simulate, sed vere cedant, & si cessiones secus factae fuerint, decernimus non tenere. Et venore praesertim inter alia mandamus, statuta provincialis dictae sedis Moguntinae (quorum etiam aliqua praesertim cibus nostris statutis synodalibus & episcopalibus ex certis nos ad hoc mouentibus causis inseruimus in civitate & dieceesi nostris Hildesheim, Fernari, & presertim statutum cessionis praeinsertum, attento quod per similitatas cessiones priuilegia in favorem cleri data & concessa, saepe per abusum eorundem prout experientia docet ad noxam tendunt. Et propterea singulis subditis nosiris statuendo committimus, & in virtute sancte obedientie, & sub excommunicationis necnon quinquaginta aureorum Rhenen, pro una Fisco nostro, pro altera medietatibus partibus pro tempore laesis, seu propterea laedendis applicandorum paenis, Mandamus & praecepimus quatenus praeinsertum statutum irrefragabiliter & firmiter teneant & obseruent, inhibentes eidem sub similibus paenis, ne deinceps cessionibus preter & contra praeinsertum & per nos modo innovatum statutum factis & celebratis in iudiciis seu extra viascur, si securus fuerit, contra negligentes contradictores et rebelleres adductae excommunicationis sententiis declarationem & predictis paenae extorsionem seruatis seruandis procedamus, seu curiae nostre causarum Officialis generalis irre-

missibiliter procedet.

De probationibus.

Cap. xi.

Qvia sicut didicimus, saepe propter defectus probacionum cognitionum spiritualium, pericula consurgunt animarum, eo quod ad iniucem matrimonii sacramento constrictis, interdum cognitionum spiritualium obstant impedimenta, que difficulter vel aliquando nix vel non probari possunt. huiusmodi periculis cupientes quo ad nobis subiectos obviare, decernimus et hoc statuto perpetuo seruari precipimus, ut ecclesiarum per ciuitatem diacefim nostras, rectores plebani, viceplebani, et singuli curati baptizando pueros subditorum suorum levantium et baptizati nomina, in registro communi quod in sua ecclesia habent conscribant, et testes quamplures assumantur, familiaver subditos suos inducant et informent, ut deinceps in confirmatione suorum puerorum coram episcopo testes requirant discretos et intelligentes qui de confirmatione et tenzione coram episcopo ac nomine tenentis dum opus fuerit testimonium valeant dare, ut facilius impedimenta huiusmodi, et minoribus laboribus et expensis valeant opportuno tempore comprobari.

De fide instrumentorum ac Notariis. Cap. xii.

Studimus pariter et ordinamus, ut nulli tabellionatus sine Notariatus officium iuxta sacrorum canonum ac legum, et praecipue nouissime imperialis reformationis et ordinationis Coloniae factae, committi debeant, aut exercere licet, nisi competentis literatura honestaque; conversatio nis et vita et laudabilis testimoniis sit, et vigeat unum tertium etatis annu peregerit: unde preter presumptam ordinationem

plerumq; minus idonei ad officium huiusmodi assumuntur,
 qui sub umbra ignorantiae, et temeritatis audacia, graviter
 in dicto officio delinquunt, sibi ipsi infamiam parat, aliisq;
 graue preiudicium et inslumabile periculum inferunt. Ne
 igitur huiusmodi detestabilis morbus in hac nostra dioecesi
 amodo ut in antea serpat atq; progressum habeat, volumus
 et praeципimus, mandamus, qd nullus huiusmodi officium te-
 bellionatus sive Notariatus amplius in nostra dioecesi exere-
 cere presumat, nisi prius per nos aut Officialem nostrum ad
 id repertus fuerit idoneus atq; sufficiens, ut sit legitime et
 tanquam legalis admissus. Contrarium vero facientes, pra-
 ter excommunicationis poenas tanquam mandatorum nos-
 strorum transgressores utiq; puniemus, eorumq; instrumen-
 ta tanquam inualida, nulliusq; roboris aut momenti decera-
 nimus reuictienda, neque in iudicio uel extra quoquo mo-
 do admittenda.

De sententia et re indicata. Cap. xiii.

INTELLEXIMUS qd interdum ecclesiarum ciuitatis et dioce-
 sis nostrarum Hildesemensem, rectores seu plebani cum suis
 subditis in causis matrimonialibus tam simplicibus quam in-
 pedimentorum in curiam nostram Hildesemensem, ubi expedi-
 ri debeant, adueniant, et latis sententiis diffinitiis preten-
 den, sufficere quod lectio sententiis intererant, partes in-
 beant sine literis et sententiis recedere, saepius etiam contin-
 git, qd lati huiusmodi sententiis, partes coram suis plebas-
 nis et aliis assertant eas aliter latas esse qd sunt, et deinde se-
 cundario curiam nostram visitantes uariat depositiones et
 contrarias reportant sentencias, et quia aliquando propter
 temporis diuertitatem de sententia constare non poterit,

*ex quo non modica pericula euenerunt animarum, ut expe-
riencia famus edocti. Volentes igitur periculis huiusmodi
obviare, presenti editio districtius inhibemus, ne de cetero
aliquis ecclesiarum rector seu plebanus premissa quomodo-
bet faciat, decernit, partibus afferentibus sententias pro ma-
trimonio vel contra matrimonium letas, absq; sententiarum
literis debite sigillatis credi nullo modo debere, et nihilomi-
nis easdem afferentes à sacramentorum communione exclu-
dimus, salvo mortis articulo, donec et quonsq; sententias hu-
ijsmodi scriptas et debite sigillatas obtineant. Rectores au-
tem et plebanos ecclesiarum si deinde premissa perpetra-
uerint, aut etiam quamcumq; sententiam huiusmodi antea
quam illam scriptam viderint, publicare presumperint,
per integrum mensum ab ingressu ecclesiis suspendimus fru-
ctus ecclesiarum suarum per idem tempus cedentes offician-
tibus eisdem, et subditis prouidentibus, reseruantes.*

De vita et honestate clericorum. Cap. xiii.

Presenti iniuolabiliter duraturo, prohibemus editio-
ne de cetero aliquis clericus in sacris ordinibus consili-
arius aut beneficiatus, infra ciuitatem et diocesim nostras,
cereniam sub mensura publice vendere, ministrando fer-
entia, lectisernia et hospitium ad modum publici hospitis.
aut mercatoris et laicorum exercere, puta res venales pro-
lucro captando remissius emere ne carius uedat, seu alias il-
licite mercari per se vel interposita personā quomodolibet
proficiat. Si quis autē talia facere presumperit, et ab his
ijsmodi negotiationibus non desliterit, lucru exinde capie-
tur. Fisco nostro applicandum atq; eundem alias etiam gra-
tias puniendum iuxta excessus qualitatem decernimus.

Cæterum sub pena excommunicationis canonica monitione præmissa, mandamus, quatenus clerici nostri, & presertim illi qui curam animarum gerunt, ab actibus scurrilibus & illicitis crapulis in Kalendis & exequialibus comitiiis per eos fieri solitis abstineant atque defissant, quodq; scorata & mulieres suspectas ad huiusmodi coniuicia minime adducant, sed honeste in Kalendarum solennitatibus & excessu huiusmodi se habere studeant, alioqui contra non observantes & delinquentes rigide procedemus.

Ad idem.

RUSSUS constitutione præsenti, prout etiam in prouinciali concilio quondam domini Conradi archiepiscopi Moguntineñ. sanctum dinoicitur, volumus, præcipimus & ordinamus, ut clerici nostrarum ciuitatis & dioecesis in ciuitatibus & oppidis, præsertim in ecclesiis, vestes longas statui clericali decentes, & non subductas de vario aut sarcico (nisi graduatus aut canonicus maioris ecclesiae Hildesfemeñ, vel nobilis existant) deferant, non seritas, ab extra non variatas, aut diuisiatas, nec desuper ab extra cum pli caturis foderatis, sed manicis strictis & alias decentibus vtantur, non deferat calceos seu sotulares in honestos aut indecentes, Itinerantibus autem ex causa brevioribus vestibus uti liceat, Coronam vero & tonsuram suo statui, ordini aut dignitati conuenientem, iuxta canonum sanctiones deferat, nec armati incedant, neq; gladios seu culculos longos portent. Et nisi forte extra ciuitatem uel loca sua eos pergere contingat, vel de licentia superioris pro personarum ecclesiae & rerum sacrum defensione id faciant, Districtius infus: per inhibentes, ne mantellos ab ante apertos & scissos,

eirea collum cum magna zona contigitos, sed vestibus honestati clericali congruentibus videntur, prout canonicam & nostram grauem ultiōem voluerint evitare. Huius autem statuti transgressores ad unius mensis statuum, a frustibus beneficiorum suorum nouerint se suffensos. quoniam fructuum dispensationem arbitrio nostro reseruamus per praemissa. Ceterum Clementem de vita & honestate clericorum generalis concilii ordinationi & aliis iuribus que de indecentia vestrum tractant, non intendimus derogare.

Item ut clericorum maxime beneficiorum vita sit exemplaris & accepta uniusquis clericis beneficiatis in sacris & nostra dioecesi constitutis, constitutione presenti districtius inhibemus, ne ludis taxillorum aut aliis levitatis ac choreis, hastiludis, torneamentis, & aliis spectaculis publicis & prohibitis interficiant, aut talia exerceant, prout penas condignas in contravenientes facti exigentes qualitate, autoritate nostra infligendas voluerint evitare.

Insuper districtius inhibemus clericis pro sacris ordinibus suscipiendis itinerantibus, ne in hospitiis ludis taxillorum, aut aliis enormibus turpibus acribus infestant, sed honeste & clericaliter vivant, secum vero facientes, volumus esse a susceptione ordinis pro qualibet vice ipso facto suffensor, quodq[ue] comes non matriant, sed crines capitis ante & retro non nimis longos deferant, prout canonum & statutorum preditorum penas & nostram ac canonicam ultiōem voluerint evitare. Simili modo præcipimus & mandamus ut clerici beneficiari nostrarum ciuitatis & diaecesis temporibus dominorum, ecclesiasticis & sub quibus beneficiis

existant, absq; superpelliciis non accedant vel facintrem, contrarium facientes vice qualibet trium dierum spatio sibi pendii suis prebendalibus careant, in usus fabricae conuer sedis, quos etiam decanis rectoribus plebanis et aliis in eccl sua superioribus reverentia debitam impendere volumus, sub nostra graui indignatione ex paena superiorius expressa.

De cohabitatione clericorum et mulierum. Cap.xv.

Sancta generalis synodus Basiliensis reformationi statutis clericalis intendens, inter alia constitutionem salariorum, contra clericos concubinarios redidit per locorum ordinarios publicandam ex exequendam, cuius quidem constitutionis ignorantiam, ne quis pretendere valeat de clero nostro, illam presentibus inseri, et cum statutis aliis nostris publicari, ex districtius volumus obseruari, cuius tenor sequitur, ex est talis.

Sacrosanta generalis synodus Basiliensis, in spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam, quicunq; clericus cuiuscunq; status, conditionis, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius praeminentiae existat, qui post huius constitutionis notitiam quam habere presumatur, post duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis cathedralibus quam ipsi diocesiani omnino facere teneatur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius, et perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum trium mensuram spatio sit ipso facto suspenitus, quos unus superior in fabricam vel aliam cvidatem ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fractus percipiuntur, conuertet. Necnon huiusmodi publicum concubinariu-

non primum talem esse innotuerit, mox suis superioris mere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat, quam si non dimiserit, vel dimissam vel aliam publice reassumpserit, mult haec sancta synodus, ut ipsum omnibus beneficiis suis omnino priuet. Et nihilominus hi publici concubinarii usquequo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem manifestaque vice expendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quocumque bonorum dignitatum beneficiorum vel officiorum sunt inhabiles. Qui si post dispensationem recidivo uomitu ad hunc modi publicum concubinatum redierint sineesse alterius dispensationis, ad predicta prorsus inhabiles existantur et ceteraque si hi ad quos talium correctio pertinet, eos (ut predictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsis de neglectu quam in illos de concubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant in conciliis etiam provincialibus et synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem et privationem collationum beneficiorum vel aliam condignam poenam seueriter procedatur. Et si hi quorum destitutio ad summum pontificem spectat, per concilia prouincialis, aut suos superiores propter publicum concubinatum reperiuntur privatione digni statim cum processu inquisitione ipsi summo pontifici deferantur, eadem diligentia et inquisitio in quibuscumque capitulis generalibus et provincialibus quo ad suos seruetur, poenis aliis contra predictos et alios non publicos concubinarios statutis in suo robore permanescens. Publici autem intelligendi sunt, non solum hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem

STATUTA SYNODALIA

nem in iure factam, seu per rei evidentiam que nulla possit tergiversatione celari, notorius est, sed qui mulierem de incontinentia suspectam et infamatam tenet, ex per summum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecunarios quæslus, a concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in sua feritate descendere, sub poena maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alicuius questus, talia quoquis modo tolerent aut dissimulent, aliqui ultra promissam negligentem penam duplum eius et propterea acceperint restituere ad pios usus omnino teneantur et compellantur. Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas, prælati modis omnibus curent a suis subditis, etiam per brochii secularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere, quarum concubinarum res, que de bonis præsumatur habere ecclœ, in fabricam vel in aliam ipsius ecclesie utilitatē per ipsos prælatos conuertantur. Qui etiam ex tali concubina tu procuratos filios apud patres suos coabitare non patientur. Iubet insuper hæc sancta synodus, ut etiam in predictis synodis et capitulis hæc constitutio publicetur, et quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissio nem moueat diligenter. Iniungit præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne ullam qualecumque inferant impedimentum, quo cumque questio colore, prælatis, qui ratione sui officii aduersus suos subditos pro huiusmodi concubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, et sub pena peccati mortalis exitandum, monet oës laicos tam yxoratos

Quod solitus, ut familiariter a concubinatu abslineantur, nimis enim reprehensibilis est, qui uxore habet et ad alienam mulierem accedit: qui vero solitus, si continere noluerit, iuxta Apostoli consilium, uxorem ducat. Pro huiusmodi autem divini observatione precepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canoniciis remedii omni studio laborent.

De clericis non residentibus. Cap.xvi.

Cum autem ad hoc sunt ecclesiastica beneficia deputata, ut in eis ad seruandum altissimo tales assumantur, qui per seipso volunt et possunt eorum curam exercere, statuimus, ut quilibet infra ciuitatem et diocesim nostras beneficiatus cuiuscunq; status, ordinis vel conditionis extiterit, cuius beneficium residentiam personalem, vel certam ordinem de iure statuto vel consuetudine requirit, in illo infra proximum mensem personaliter residere incipiat, et ab inde quādiu beneficium huiusmodi obtinuerit, talem residentiam faciat, seq; ad ordinem, quem onus beneficij sui requirit, iuxta tempora obtineat, promoueri. Transgressores vero huius statuti nostri per suos superiores seruaro nisi ordine priuentur, nisi expressam super hoc a nobis vel vicario nostro licentiam obtinere meruerint.

De prebendis. Cap.xvii.

Tem statuimus, ut quilibet religiosus infra diocesim nostram Hildesemensem, curam gerens animarum, titulum huiusmodi beneficii sui in proximo capitulo post illius a sequitionem archipresbytero vel eius locutienti in praesentia fratrum ostendat, et si alium quam a nobis seu vicario nostro imperatum ostenderit, titulo huiusmodi nulla fides adhibeatur, nisi forte Romanus pontifex illum sibi con-

STATUTA SYNODALIA

cessisset, et hoc nostris uel uicariis nostri litteris apparere declaratum. Si quis uero contra praemissa uenire presumat, ultra poenam iuris communis tam diu a diuinis suspensus remaneat, quousq; huiusmodi Statuto nostro studuerit, cum effectu parere et obedire.

De portione congrua seu competentia. Cap. xviii.

Cum non debeat ligart os bovis trituranis, sacris iubentibus canonib. uniuersos et singulos priuatos ciuitatis et dioecesis nostrarum in domino exhortamus ut ecclesiuarum, ipsis et eorum mensis unitarum et incorporacionum nostrae dioecesis vicariis, de praebendis congruis una de decenter sustentari, iura episcopalia et archidiaconalia soluere, hospitalitatem tenere, et alia incumbentia onera supportare ualeant, prout de iure tenentur, prouideant, alioquin prout de iure constringuntur, eis negligentibus, ad praebendarum huiusmodi deputationem seruatis seruandis procedere non obmittemus.

De institutionibus. Cap. xix.

Cum in cunctis sacris ministerii fint etatis maturitas, grauitas morum, et literarum scientia requirenda, praesenti perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis sacerdos secularis uel religiosus infra ciuitatem et dioecesim nostras, quodcumq; ecclesiasticum beneficium cum cura uel fine cura absque institutione seu inuestitura aut inducias, seu licet. a nobis vel uicario nostro aut alias legitime, ac per literas sigillatas obtentis et prius Archipresbytero uel eius locumtenenti ostensis, regere aut quemodo dolibet officiare, suo vel aliquo nomine praefumat, nisi ipsius beneficium rector seu Vicarius vel Capellanus personae

liter

liter in eo refideat, cuius nomine & consensu aliquis ut socius in diuinis inibi inofficiet, secus autem facientem quū non suos fructus faciat, ipso iure ad respondentum Fisco nostro de fructibus sic per eum levatis, condemnamus, & Fisco eidem decernimus applicandos, concedimus, tum ut beneficio posquam primo vacare cōperit, possit loci Archipresbyter per se uel alium quem duxerit eligendum per primum proximum mensem & non ultra in diuinis prouidere; seruato tamen moderamine superius de officio Archipresbyteri expresso.

Cum ad extirpandum quorundam detestandam cupiditatem in sacro Lateraneñ. Concilio prohibitam, ut nulius diuersas ecclesiasticas dignitates aut parochiales ecclesias recipiat, & consequenter statutum, quod recipiens beneficium habens curam animarum annexam, si prius tale habeat, is eo sit ipso iure priuatus, & si forte illud retinere contenterit, etiam alio spolietur, imo si ultra mensem teneat, ambobus est priuatus, apostolice tamen sedis dispensatione in his salua, & alibi canon. vitium cupiditatis huc insmodi redarguens, tales in curatis beneficiis plurales, eo quia sic retenta ad ipsos non spectant, de iure rem afferit attriccare alienam, & sic furtum committerent quodammodo & rapinam, non sine suorum & subditorum animarum periculo, ea propter, ut huiusmodi canones & sacrorum Conciliorum generalium sancta debitæ executioni demandenur, locoru Ordinarii per felicis recordationē. Gregorii decimi decretum, in sacro generali Concilio est p̄ceptum, ut subditos suos plures dignitates uel ecclesias, quibus animarum cura imminent obtineñ. seu personatione aut

STATUTA SYNODALIA

dignitatem cum alio beneficio cui similis cura est annexa, ad exhibendum dispensationem auctoritate, cuius ecclesiæ personatus, aut dignitates canonice se tenere afferunt infra tempus arbitrio ordinariorum statuendum disiricte compellant. Nos itaq; animarum periculis obuiare, et ut ecclesiastica beneficia canonice possideantur, per executionem præmissorum cupientes prouidere. Hoc præsenti statuto decernimus, ut deinceps à publicatione præsentium, sic ut præfertur plura curata obtinentes beneficia ac plures dignitates et personatus seu personatum et dignitatem cum alio beneficio curato, de suis dispensationibus, quaream auctoritate illa tenere prætendunt, nec non titulis suis ad eadem, infra duorum mensum spaciū coram nobis vel Vicario nostro in spiritualibus legitime et sub poenā iuris doceant, ne deficiente in titulis et dispensationibus huiusmodi canonicis, occupando iniuste ipsa beneficia, contractent rem alienam et per consequens furtum committant, et animæ exinde periclitentur, ipsorumq; sanguis de nostris manibus exigatur, alioquin ad executionem præmissarum sacrarum constitutionum, contra ipsos dictis lapsis mensibus effectualiter procedemus.

De rebus ecclesiæ non alienandis. Cap. xx.

Item mandamus sub excommunicationis poena canonica monitione præmissa vniuersis et singulis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Prioribus, Priorissis monasteriorum et ecclesiæ nostrarum ciuitatis et dieceesis, ne de cetero aliqua bona immobilia seu redditus et prouentus monasteriorum seu ecclesiæ nostrarum suarum uendant aut obligent quocummodo ab ipso licetis nostra speciali. Et si qui contra huiusmodi

ali inhibitionem & mandatum nostrum, bona uel redditus suorum monasteriorū seu ecclesiarū alienauerine seu obligerent, huiusmodi contractus decernimus irritos ac inanes. Decernētes ut in mutuo contrahendo, necnon obligatio tione mobilium uel immobilium sacri canones obseruentur.

Statuimus etiā q̄ ornatus & libri ecclesiae, altariūq; seu vicariarū fundationes, et literæ capitales censū ac prouerbiū eorundem, bis uel ad minus semel in anno inserviantur à Decano et capitulo diligenter, et sub sigillis praetlatorū et capituli ponantur singillatum in scrinis, ne sic cognoscatur in posterū, si de ipsis augmentatū sit aliquid uel subtractum.

Et quoniam pauci sunt in singulis ecclesiis, qui prædia et redditus ecclesie plene cognoscant, et nonnulli redditus et bona propter negligentiam officiorum, et infelicem statum horum turbatissimorum temporum fuisse forte perdita uel destruēta, statuimus, q̄ prædia et redditus ecclesiarū cōmunes, et specialiter dignitatum et officiorū, ex quæ, ac quales rationes cuiuslibet officii fieri debeant sub sigillis praetlatorum, et capituli plenissime conscribantur.

De testamentis et ultimis uoluntatibus ex proton-

ciali Concilio Friburgarién. Cap. xxi.

Clericus de prouentibus anni gratiæ, uel alias de rebus ecclesie acquisitis cōcubinæ fūe, uel filiis ex fornicatione genitis quicq; penitus nō relinquit, quod si fecerit legatum non teneat, et quod taliter est relictum ecclesiæ applicetur.

Ex eodem Concilio.

Ad abolendam prauam cōsuetudinem uel potius corruptelam seu temeritatem clericorū quæ signū pudis-

STATVTA SINODALIA.

citiae deberent ostendere laicis quibus sunt positi in exēmo
plum, in argumentum, suæ finalis impœnitentiæ, fructus
præbendarum suarum concubinis uel spuriis suis legant
in ultima uoluntate, rigor ecclesiasticus debet exerceri.
quare sub anathematis vinculo prohibemus, ne de cætero
clericis annis gratiæ abutentes, de rebus ecclesiæ fructus be-
neficiorum ecclesiasticorum spuriis & concubinis dimis-
tendo aliquo modo disponant. Qui uero contra inhibitio-
nem huiusmodi venire præsumperit in signum suæ pers-
ditionis ecclesiastica sepultura, & quibus taliter fructus
legantur eis careant ipso iare. qui autem testamentum tas-
te post mortem defuncti manuteneret uoluerint, & per quo
rum manus, talibus personis fructus præbendarum & be-
neficiorum ecclesiasticorum fuerint ministrati, ecclesia ip-
sa sit supposita interdicto.

Ex provinciali Concilio Moguntino.

SVNT nonnulli qui anno gratiæ pro releuatione debito
sum in fructibus beneficiorum defunctis clericis con-
cesso damnabiliter abutuntur, fructus anni ipsius gratiæ
consanguineis suis uel aliis, quibus uoluerint, relinquentes,
ex quo prouenit duplex iniuria, ecclesiæ scilicet & perso-
næ, fraudatur enim ecclesia per dictum anni spacium ser-
uitore, priuatur etiam successor in percipiendis fructibus
suo iure, quod de cætero fieri prohibentes, sacra approba-
tione concilij statuimus, quod nisi pro releuatione debitos
rum, quæ cum aliunde solvi non possunt, anno gratiæ cler-
ici non utantur, nisi ipsius anni fructus pro aliqua pia cau-
sa, ipsi relinquant ecclesiæ, à qua idem beneficium ba-
nuisse noscuntur.

Quoniam in quibusdam locis nostrarum ciuitatis et
diocesis uti accepimus consuetudo sine corruptela
detestabilis obseruat, uidelicet quod tam clericus quam
laicus in lecto et gritudinis constitutus ultra certam limitas
tam et expressam sumnam, nec pii locis, nec personis ecclae
elesiasticis pro animae suae remedio et salute aliqua possit
ordinare legata, considerantes predictam consuetudinem,
sacris canonibus et secularibus legibus obnire, quoniam omnia
iura clament, quod ultima voluntas hominis est ultimum testa
mentum immobile perseveret, et nihil sit quod hominibus
magis debeatur, quam ut supremae voluntatis liber stylus exis
tat, eandem consuetudinem deo odibilem, animabus et bo
nis moribus inimicam auctoritate huius salutaris sanctio
nis penitus reprobamus, firmiter statuen. ut illis quos iura
a testamentorum non prohibent factione, etiam in sanitate
vel in lecto et gritudinis constitutis legandi, dissonendi
et ordinandi de bonis sibi a deo collatis ad pia loca et
personas ecclesiasticas, dummodo contra legitimas consis
tutiones non uenerint, libera sit facultas, Volentes et pre
cipientes districte, ut uniuersi clerici et laici impedientes
defunctorum legata seu voluntates per excommunicatio
nis in personas, et interdicti in loca sententias (monitione
canonica praemissa) ferendas ab huiusmodi impedimentis
desistere compellantur.

Ad idem.

Dolenter audiimus, quod fidelium tam clericorum quam
laicorum testamenta et ultimae voluntates maxime
pro animarum salute, et ad pius usus legata et testata in suis
debitis executionibus ac ordinationibus, interdum peruersa

STATVTA SYNODALIA

sis machinationibus hominum, & quandoq; negligentius interuenientibus & obstantibus, in nostris ciuitate & dioce-
si in locis pluribus multipliciter impedian tur & retarden-
tur. Cum itaq; ultima uoluntas, seu ultimum hominis testa-
mentum pro lege seruari debeat, & supremæ hominis ra-
tionabilis uoluntatis liber stilus existat, & nostro incuma-
bat pastorali officio talibus prouidere, & testamēta utroq;
iure suadēn. defendere, uniuersis nostris Iurisdictioni sub-
iectis ecclesiasticis & secularibus sub interminatione dia-
coni iudicij & excommunicationis sententia, quam in con-
tra facientes sex dierum monitione prævia in his scriptis
ferimus, ne testamenta, & ultimas fidelium ecclesiasticarū
uel secularium personarum, quas iura à testamento rū-
fatione non prohibent uoluntates, maxime ad usus pios &
animarum salutem, se extendeñ. earumq; executionem de-
bitas impedian t, negligent uel retardent, nec de testame-
torum & causarum earundem ac ipsorum occasione pro-
tempore motarum cognitioni se intromittant, sed ad nos
& Officiales nostros ordinariam iurisdictionem causarum
huiusmodi habentes, remittant, districtus inhibemus at-
que mandamus.

Mandamus præterea testamenta ac ultimas uoluntates
per testamentarios & executores ad hoc per defunctos
testatores deputatos, nominatos ac designatos, iuxta iuris
communis ordinationem ac dispositionem infra anni spa-
cium à morte eorundem testatorum computandum, etiam
absq; aliqua prævia monitione (cuius vicem hoc præsens sta-
tutum nostrum habere uolumus) debitæ executioni deman-
dentur & rite exequantur, alioquin elapsō anno eorundē.

executionem, ipso iure ad nos uti episcopum diccesanum, et
loci ordinarium deuolutam esse decernimus.

De parochiis & parochianis.

Cap. xxii.

Grauis ad nos querela perduxit, q̄ nonnulli suis iuris
bus & finibus non contenti parochianos alterius pre-
sumant recipere temere ad diuina, cōtra canonicas sanctio-
nes, & cum dictorum parochianorum iudices non existant,
nec ligandi vel soluendi in eos receperint potestatem, se tan-
tem iudices faciendo in foro pœnitentiali periculoſe absolu-
unt & ligant, pro libito ſuæ voluntatis, ſicq; ipſis qui pro-
prios ſpernunt ſacerdotes minime absolutis, illud salutiferum
noſtri peregrinationis viaticum quod nō proficit, niſi prius
à criminum labore mundatis, & in animarum ſuarum et eos-
rum qui id non diuidicantes indiscrete recipiunt pericus-
lum conſerre non verentur, ſicq; dicti eorum ſacerdotes,
qui curam recipiendo ſuam pro ipſis animam obligarunt,
dum ſibi taliter ſubtrahuntur, ſtatim ignorantis ipſorum
egrotantium, non poſſunt quod in eis eſt sanare nec conſa-
lidare infirmum, nec alligare confractum, & ſic dum cu-
rationis neceſſaria non adhibentur remedia inualeſcentibus
morbis uſque ad interemptionem leſio dilatatur, vnde ſa-
cerdotes nullam poſſunt de ſic pereuntibus animabus ſum-
mo iudici dare rationem. Noſtrorum patrum, qui ecclieſie
ſanctæ dei & personis ecclieſiſticis terminos, quos non li-
cet transgredi poſuerunt, ſtatuta conſiderantes, uniuersis
ſacerdotibus tam religiosis quam ſecularibus, cuiuscunq; or-
dinis conditionis ſue ſtatus exiſtant in ciuitate & diocesi
noſtris degentibus debito iuramento, quod in receptione

STATUTA SYNODALIA

suorum ordinum præfilterunt, & sub interminatione diuisi
ni iudicij firmiter inhibemus, ne quis alienū parochianum,
cuius cura per episcopum vel loci Archidiaconum uel eius
vicarium, alii est commissa, præsumat (excepta necessitatis
causa, quæ legem non babet) ad confessionem recipere, vel
ad porrigendum ei ecclesiasticum sacramentum, nisi petita
desuper & obtenta licentia proprii sacerdotis accedere,
cum certi & indubitati iuris existat, talem à tali presbyte-
ro absolui non posse aliquatenus vel ligari, & ex hoc ordi-
nem ecclesiæ per maiores & sanctos patres diuina pronis-
tentia institutum confundi, quod per vniuersos plebanos sin-
gulis diebus dominicis & festiuis coram suis plebibus pre-
cipimus publicari.

Ad idem.

TNsuper veridicâ relatione intelleximus populum vulga-
rem in plerisq; locis nobis subiectis diebus dominicis et
festiuis raro interesse diuino officio missæ & prædications
verbi dei licet iuxta ordinationem & statutum sancte mar-
tris ecclesiæ, eisdem diebus interesse debeant, ut ibidem de
diuinis præceptis et euangelicis doctrinis informentur. Nos
volentes huic morbo obuiare, ac animarum saluti consule-
re, præsenti volumus & ordinamus statuto, districte vni-
versis presbyteris curatis nostræ dioecesis, mandantes &
exhortantes, quatenus plebes & parochianos suos, qui ad
annos peruerent discretionis hortentur & admoneant
sub pena excōmunicationis, quatenus deinceps singulis do-
minicis & festiuis diebus officio missæ in ecclesiis suis inter-
esse studeant, & prædicacionē uerbi dei diligenter audiāt,
nisi legitimo impedimento ex causa rationabili quis excus-

sever, nec ab officio biusmodi ante benedictionem sacerdos-
tis, donec compleatur, recedant, uel alias inhoneste discurs-
rant, faciendo ob reuerentiam diuinissimi sacramenti genu-
flexiones. Interim dum hostia salutaris per presbyterum ele-
gitur, cum deuotione cordis deum exorent pro peccatis. Si
quis vero rebellis & negligens in his fuerit, hunc in confessione
seuere volumus emendari, & nihilominus talis qui tem-
pore prædicationis verbi dei extra ecclesiam, & in cimito-
rio stare contra prohibitionem biusmodi præsumperit,
ad authoritatem nostram episcopalem remittatur. Contem-
ptores etiam huius saluberrimi præcepti per excōmunicas-
tionis inflictionem cohercentur. Insuper presbyteri curati
in sermonibus populum eis commissum ad hoc inducere cu-
rent, ut processionibus & aliis actibus & ceremoniis ecclē-
siasticis interfine deuote, laudesq; omnipotenti deo cum at-
tentione cordis & morum grauitate persolvant.

De fructibus defunctorum plebanorum seu rectorum ec-
clesiarum parochialium, vicariorum, altaristarum, & alias
rum personarum ecclesiasticarum ciuitatis & diœcesis Hi-
ldesemensis. Et qualiter inter defunctum & successorem diuis-
di debeant. Cap. xxiii.

Volumus, ut in morientium plebanorum vicariorum,
altaristarum, & alias personarum ecclesiasticarum
fructibus, subsequens definitio seu decisio, iuri commis-
ti & aequitati conformis in omnibus obseruetur.

De bladis seu frumentis. Cap. xxvii.

Anus ad deseruendum blada, incipit in festo beatae
Margaretæ, vnde declaramus, quod si aliquis decesse-
rit quacunq; parte anni, fructus bladorum libere cedentium,

STATVTA SYNODALIA

debentur defuncto à festo beatæ Margaretæ usque in finem tricesimi diei obitus sui proportionabiliter secundum ratam temporis, reliqua portio huiusmodi bladorum debetur successori defuncti. Si autem defunctus haberet vel habuisset blada per ipsum elaborata, et fecisset omnem laborem agrorum usque ad messem exclusive, tunc diæ tertiae clementorum debentur defuncto, de reliqua tertia, defunctus recipiat partem à festo Margaretæ usque ad finem tricesimi diei obitus sui, secundum ratam temporis, residuum vero habebit successor suus. Item si defunctus dictos agros coluissest usque ad sparsionem seminis exclusive, ex time successor satissimacat defuncto per ipsum ad culturam agrorum expositis usque in diem obitus sui, et colat ulterius bona ipsa, recipiatque omnes fructus ipsorum bonorum. Et si fortassis successor recusaret labores huiusmodi facere, extunc testamentarii ac manufideles defuncti, uel pro ipsis, si defunctus deceperit intestatus, vicarius noster in spiritualibus seu Officialis vel alias quicunque per vicarium seu Officiale nostrum ad hoc deputatus seu deputandus, colat uel colant bona ipsa usque ad consumationem, colligantque fructus omnes dictorum bonorum pro defuncto, tertia tamen parte dictarum frugum reservata pro defuncti successore.

De fœno.

Cap. xxv.

Annus ad deseruendum fœnum incipit in die beatæ Urbani papæ, de quo fœno iudicabitur sicut de blado libere cedente proportionabiliter secundum ratam temporis usque in diem tricesimum obitus defuncti.

De fructibus arborum. Cap. xxvi.

Anus ad deseruendum fructus arborum incipit in die Assumptionis gloriose virginis Marie, de quibus idem iudicium erit sicut de blado libere cedente, proportionabiliter usque in diem tricesimum obitus defuncti.

De censibus et aliis prouentibus. Cap.xxvii.

Anus ad deseruendum census, redditus ac prouenta pecuniales, anseres, pullos, capones, et alia que intra census computantur, incipit a festo beati Martini episcopi. Haec omnia veniunt defuncto pro rata temporis usque in diem tricesimum obitus sui proportionabiliter dividenda. Reliqua autem portio debetur successori pro sua rata. Idem etiam iudicium erit in omnibus altaristarum fructibus sicut de prouentibus ecclesiarum, quo ad assignationem ratæ temporis pro defuncto et eius successore.

De rata solutionis impositionum. Cap.xxviii.

Volumus etiam, quod si aliqua subsidia seu procurations imponerentur clero, anno illo in quo aliquis beneficiatus naturæ debitum persoluiisset, quod in persolutione talium impositionum, quælibet partium tam defunctus quam successor soluat ipsas, impositiones proportionabiliter secundum quod recepit de fructibus ipsius anni, unde solvantur huiusmodi subsidia seu impositiones.

De Regularibus. Cap.xxix.

Quoniam nonnulli religiosi contra deum et suam conscientiam multipliciter excedunt, eorumque pretlati desides et negligentes in observatione regulares disciplinæ et correctione excessuum existunt, eos per viscera misericordiae domini nostri Iesu Christi requirimus et bortamur, ut personas regulares sibi subjectas ad observa-

STATUTA SYNODALIA

uantiam regularum suarum et statutorum regularium dilegentius inducant, moneant et alliceant, et si opus est, strixi compellant, ut de officio sibi commisso dignam deo possint reddere rationem, quod si ultra prevaricatores ordinis sui fuerint aut contemptores seu negligentes uel remissi, pro certo se nouerint non solum ab officio deponendos, sed alias secundum regulam suam castigandos, cum offensa non solum propria, uerum etiam aliena, ac sanguis subditorum suorum de suis manibus requiratur. Nos etiam eorundem praetatos rum negligentiam, suuente domino, supplebimus, iuxta canonicas sanctiones.

Ad idem.

Periculum nimium fore considerantes et scandalosum, quod personae regulares utriusque sexus extra monasteria sua vagantes, in seculo moram trahant, nonnulli etiam ex ipsis religionis habitu dimisso apostatare non formidante excommunicationis sententiam ut sic incurendo, et suis superioribus rebellando. Cum itaque periculum sit talibus fugitivis excommunicatis et apostatis in diuinis partibus, volumus et universis nobis subiectis ecclesiasticis personis mandamus, ut omnes et singulos sic in seculo suis subdivisiis vagantes et commorantes cuiuscumque ordinis uel conditionis fuerint, moneant et requirant, ut infra mensis spatium a die publicationis et requisitionis huiusmodi ad sua monasteria redeant et ut uota sua deo reddant, suis superioribus iuxta ordinem et regulare institutionem obediant, uel saltem infra eundem terminum coram nobis uel nostro uicario de indultis, si quae de contrario habeant, legitime doceant, alioquin contra ipsos per ecclesiasticæ censures.

re panas, et prout inslum fuerit, procedemus.

Ad idem de Regularibus.

Quamvis contra monachos et moniales de suis claustris propter aliquos enormes excessus, aut animi levitate temere fugientes, et in seculo per tempora vagantes et conuersantes, et tandem penitentia ducti ad claustra sua humiliter redire volentes, certe et variae poene iuxta qualitatem et quantitatem excedentium a sanctis patribus sint flatutę, quidam tamen abbates et magistratus poenitentis in sacris canonibus et regula sui ordinis contra tales profugos expressis non contenti, graviores et quasi importatiles poenas ipsis in sui reveracione imponere non verentur, vel quod deterius est, easdem personae quantumcunque humiliter postulantes ad sua claustra de quaib[us] exauerunt admittere inhumaniter contradicunt. Cum itaque de iure poenę ampliandę non sint, sed leniendę, et longe sit securius de misericordia quam de crudelitate reddere rationem, Cum etiam dominus per os prophetę sit pollicitus, sic dicentis: Peccator quacunque hora conuersus fuerit, et ingemuerit, iniquitatum suarum amplius non recordabor. Nos aduertentes, q[ue] ubi paterfamilias largus dispensator existit, non decet familiam esse tenacem, ut peccandi materia et occasio talibus præcludatur, proxima deliberatione statuimus et præsentि statuto decernimus et ordinamus, ut monasteriorum abbates et prelati, abbatissae, prepositi, priores, et magistratus cuiuscumq[ue] ordinis nobis subiecti fratres et sororibus modo premisso a suis monasteriis profugientibus aut in apostasiam ex quacunque causa lapsis, desiderantibus et querentibus cum humilitate ac devotione

STATUTA SYNODALIA

regressum, gremiu[m] misericordiae (quem mater ecclesia clausdere nulli petenti confueuit more pii patris familias qui filium primum prodigum, et postea p[re]nitentem paterne suscepit) fludeant liberaliter aperire, et tates redire volentes, quantumcumq[ue] eorum excessus graves fuerint vel enormous iuxta cuiuslibet ordinis disciplinam sue regulam et consuetudinem obseruatam, sine contradictione recipient et admittant, ita tamen q[uod] propter eorum excessus, nec vitius nec vestitus eis subtrahatur, sed alias regulariter puniantur, ut praeferatur, prout ipsi praelati, abbates, abbatissae, praepositi, priores, et magistratus sententiam suspensionis a diuinis, quam in contrafacientes, sex dierum canonica motione premissa in his scriptis ferimus, uoluerint exitare.

Idem de monialibus. Cap. xxx.

SAcras apostolicas constitutiones debitae executioni demandantes, hoc nostro Statuto inhibemus, ut sanctimoniales cuiuscunque sunt religionis vel ordinis nostrarum civitatis et dioecesis, que in suis monasteriis sub perpetua clausura manere iubentur in constitutionibus apostolicis antedictis, ita q[uod] nulla earum religionem tacite vel expressa professa quacumq[ue] ratione vel causa, nisi forte tali morbo evidenti aliquam earum laborare constaret, q[uod] non posset cum aliis absque graui periculo vel scandalo commorari monasteria ipsa egrediendi sit. facultas, deinceps absque licentia superiorum suorum quam non nisi ex causa expressa vel inevitabili exigente necessitate concedi volumus, monasteria sua non exeant, prout dictarum constitutionum penas et ultionem canonicam voluerint exitare, quodq[ue] ut ipse sanctimoniales a publicis et mundanis aspectibus

separatæ, deo liberius servire, & lasciviendi opportunitate
sublata, corda sua & corpora in animi sanctimonia dili-
gentius custodire valeant, vniuersis & singulis ecclesiasticis
et regularibus personis nostræ iurisdictioni subiectis
interdicimus & prohibemus, ne absque rationabili & ma-
nifesta causa, & sine superioris, ad quem pertinet, licentia
speciali, i psa monasteria sanctimonialium subintrent, sub
poenis suspensionis in ecclesiasticas, & excommunicationis
in seculares personas, prout de iure poterimus, contra ipsos
procedemus.

Ad idem.

Tem præcipimus, & sub poena excommunicationis man-
damus, ne etiâ ipfi prælati, prouifores, aut præpositi mo-
naſteriorum monialium, nostrarum ciuitatum & dioceſis,
ipsa monasteria seu clauſtra quoq[ue] modo introeant, niſi
magna & evidens necessitas id expofcat. Quæ ſi talis fue-
rit, nequaquâ tamen huiusmodi ingressum fine religione
& ſocio ſibi comite facere preſumant, poena ſub præmissa,
etfi ex iuſta & honesta cauſa cuiquam perſonarum ſui mo-
naſterii loqui voluerint, hoc in ecclesia ſub bono teſtimonio
moſt faciant maniſtæ, ne ſiniſtra contra ipſos ſuſſicio or-
riatur, alioquin graui ſubiaceant uſtioni.

Ad idem.

Tem mandamus ſub poena excommunicationis famili-
ter, ne capellani aut ſcholares monaſteriorum monia-
lium, ſeu illi qui conuerſi dicuntur, abſque licentia præposi-
torum, prouiforum eorundem monaſteriorum clauſtra vel
clauſuras monialium, perfonis mūdanis prohibitas, aut cum
monialibus per fenestræ colloquium habeant. Contrarium

STATVTA SYNODALIA

facientes & præpositis seu prioribus monasteriorum inobedientes & rebelles, in hac parte prout eorum rebellio vel pertinacia exegerit, nobis aut cōmissario nostro in hac parte fideliter studeant intimare.

De magistris scholasticis. Cap.xxi.

Qvia nonnullis propter inopiam & legendi studium opportunitas proficiendi subtrahitur, in lateranensi concilio pia fuit institutioe promisum, ut per unam quancum cathedralem ecclesiam mastistro qui clericos eiusdem ecclesiæ, aliosq; scholares pauperes gratis instrueret, aliquid competens beneficium preberetur, quo & docentis relenaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis id minime obseruatur, nos prædictum roborantes statutum, adiucimus ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quorum sufficere poterunt facultates, constituantur magister idoneus, a prelato cum Capitulo, seu maiori ac seniori parte Capituli eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum & aliarum gratis in grammatices facultate & aliis instruat iuxta posse. Volumus etiam, ut prelati & Capitula tam cathedralium quam collegiarum ecclesiarum, qui magistros huiusmodi assumendi, recipiendi, ac constituendi habent facultatem, modernis peruersarum dogmatum & pernicio sarum nouitatum temporibus, neminem in magistrum recipiant seu assumant, nisi de cuius vita, integritate, scientia, moribus, ac conuersatione, plenam & perfectam habeant notitiam, & qui peruersarum dogmatum fermento conspersus infectusq; non sit, ne tenera iuuentus cum lacte venenum imbibat, & ea disset que postea non sine magno faclutis

*Antis discrimine ac ingenti labore dediscere nix aut nulla-
genus possit. Ceterum, magistros qui tales reperti fuerint,
mox desituendos, amouendosq; districtissime mandamus.*

*De custodia eucharistiae et reuerentia sacra-
mentorum. Cap. xxxii.*

NE propter irreuerentiam sacramentorum ira dei
sæuiat in ministros, statuimus ut eucharistia, chris-
ma, et oleum sanctum sub diligenti custodia seruentur.
Cum autem sacerdos eucharistiam uel oleum infirmoru ad
decubentem deportauerit, uideat, q superpellicio, siola
seu orario sit induitus, supposito mudo uelamine, manifeste
et honeste, lumine ac etiam campanella, eucharistie prece-
dentibus sacramentum. Hec facient ac omnibus etiâ uere
pœnitentibus et confessis, qui sacerdotem eucharistiam uel
oleum infirmorum, ut sic deferentem eundo uel redeundo
associerint uel sequuti fuerint, et hoc de die faciut, des-
cem, si uero de nocte cum lumine proprio uel alieno, signis
dierum de iniunctis sibi pœnitentii, praeter indulgentias
ab aliis et authoritate apostolica concessas, authoritate no-
stra ordinaria misericorditer in domino relaxamu. Similis
ser in ministratione sacramenti baptismatis, ut sacerdos se
superpellicio ac siola utatur, uolumus atq; mandamus.

Ad idem de custodia eucharistiae.

Considerantes q; grauiter gloriosus deus propter sa-
cramentorum irreuerentiam offendatur, Ideo qq; circu-
ca sacramentorum custodiam et reuerentiam sufficienter
sancitum diliguntur, quia tamen ut quotidiana edocemur
experientia, sacerdotes cum diuinissima eucharistie et
extremæ unctionis sacramento ad infirmos deportant ins-

STATUTA SYNODALIA

caute cum calopedibus & scandalose ac turpiter capite nudo aut vix birreto superposito, non ornatis capillis in mundi conspectum procedant, districte presenti statuto inuideliter duraturo, sancimus, ut constitutio proxime praemissa firmiter obseruetur, at quilibet presbyter sic infirmos eucharistie & extremae unctionis sacramentis accedens, absq; calopedibus, & capite almutio (si saltet tali in loco almutia solita sint) portari tecto aliquim caputio clericali per collum traxit, ut sola facies nuda appareat, deuote ac religiose precedentibus lumine & campanella, iuxta eiusdem constitutio nisi tenorem incedat, indulgentias inibi expressas Christifidelibus in domino elargientes. Si qui vero constitutiones nostram seruare contempserint, se unctionem nostram granem non euasuros agnoscant.

De baptismo, ex cōtilio provinciali Frit Clarien. Ca. xxxiiii.

Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in distinctione et prolatione uerborum, in quibus sacramenti virtus consistit, his, scilicet verbis: Ego baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti, amen. Doceat etiam sacerdotes, tam mares quam foeminas in necessitate parvulos baptizare, eadem forma in suo ideomate, & quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat poterunt baptizare, & si sacerdotes super hoc diligentius requirentes, debitā formā seruatā in baptismate inuenierint, quod factū est approbēt, supplentes circa baptizatum quo ad unctionem oleum pectorē & in scapulis, & chrismatis in vertice, quod à laice est omissum, si autem in baptismate debitā formā non inuenierint obseruatam, non diffieran pueros iterum baptizare.

De ecclesiis procuratoribus. Cap. xxxiiii.

Querundam fideliorum didicimus relatione, quod plurimatum ecclesiatum nostrae diœcesis procuratores laici duntaxat & constituantur, qui ad eorum nutuum pecunias & rebus earumdem ecclesiistarum absq; plebiorum factu & consensu propria commoda querant, ac intercationes & contractus interdum vitiosos cum illis exercercent, & eas ad alios priuatos usus convertere non formidant, nec de per eos perceptis, collectis, imburatis & gestis in praesentia plebanorum, quorum tamq; procuratorum principalium interest, rationem reddere studeant; fabritias ecclesiistarum huiusmodi & eorum animas miserabiliter defraudando, quod profecto periculoso fore arbitramur. Quoniam obrem ecclesiistarum indemnitatib; & subiectorum satrati prouidere cupientes, praesenti constitutione ordinamus, ut deinceps taliislibet ecclesiis nostræ diœcesis rector sive plebanus tamquam principalis, & cum eo ad missam dominicam huiusmodi procurationis officia, citra eorum prima commoda fideliter cum factu & consensu plebani exerceant, ac utilitatem ecclesie promoueant, rationem de singulis per eos levatis, collectis, distributis, actis & factis, in praesentia ipsius rectoris sine plebani, tamquam proximi epatis procuratoris, eoram his qui ad hoc sunt deputati, temporibus consueti faciendo, prout de hoc in extremo malicio responderet uelint? Qui autem huiusmodi nostri statuti rebelles fuerint reperti, per eorum plebanos ex pastore monitione prævia excommunicari possint excommunicantur, ad quod eisdem plebanis praesentis statuti iugore faciemus. facultatem.

STATUTA SYNODALIA
De celebratione missarum ex horarum Canonicearum per
solutionem, et de concionatoribus ex Concilio pro-
vinciali Moguntino. Cap. xxxv.

Prodecessorum nostrorum negligi inherendo statutis
mus, inhibentes sub-excommunicationis pena, q. ip-
omnes transgressores huius sacri approbatione concilii des-
cernimus, ferendam, ut nullus sacerdotum negligitorum, illa
dia qua celebravit primam missam, in exordium pu-
blicationis sui sacraissimi officii, oblaturus deo, primicias
gratiae ac salutis sibi collatæ, aliquos ad coniuicium invitare
aut invitatos habere, aut procurare per se uel per aliū quo
quo modo presumat, sed ad solum deum cuius militie est
asscriptus dirigat aciem sui cordis, maxime die illa deuos-
sus, et cibis ac solitudinibus temporalium, quibus metes
hominum distrahuntur exsus, remotus à uanitatibus, bis-
titionum cursibus tumultibus et insolentias reproborū, qui
etiam sepe uenire soleat non uocari. Si qui autem post uel
ante (octo dierum spacio seu plurium intermedio) amicos
cum honestam conuocationem habere uelint ab eis bistrio-
num cursibus fieri non uetamus.
quomodo diuinū officiū sit celebrandū. Ca. xxxvi.

Sancta generalis synodus Basiliensis reformationi statutis
clericis intendens ciui inter alia de celebrando diui-
no officio, et horis canoniceis rite persoluendis, ac nonnullis
aliis circa cultum diuinum necessariis certas ordinationes
fecit tenoris infra scripti. Si quis principem seculi rogaturum
sibi honesto gestu docenti, prolatione non precipiti, sed
distincta et attenta quoque mente, seipsum ac uerba suader
componere, quanto diligentius in sacro loco omnipotens

dem oratus deum, nec omnino facere curare debet. Sunt tamen igitur sancta synodus, ut in ecclesiis cathedralibus ac collegiatis ecclesiarum horis debitis, signis cognitis pulsatione premissis, laudis divine per singulas horas non cursum ac festis nanter, sed tractu ex cum pausa decenti, praeferim in medio canticib[us] versiculis psalmorum, debitam faciendo inter solenne ac feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus perfidantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talata ac superponibili mundis, ultra medias tibiis leiges, vel capillis, iuxta temporum ac regionum diversitatem, ecclesiastis impriadantur, non caputia, sed almutias vel birretas tenentes in capite, qui cum in choro fuerint, gravitatem seruent, quam ex locis ex officio exigunt, non inserviant cum aliis consubstantes seu colloquentes, aut literas scripturas alias legentes. Et cum psallendi gratia ibidem conueniant, muta ac clausa labia tenere non debent, sed omnes praeferim qui malori funguntur honore, in psalmis, hymnis & canticis deo laetiter modulentur. Cum dicatur: Gloria patri et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio, et ex omnibus consurgant. Cum nominatur gloriosum illud nomen Iesus, in quo omne genu stetit, coelestium, terrestrium & infernorum, omnes caput inclinet. Nemo ibidem dum horae in communum publice cantantur, legit vel dicat prima tamen officium. Nam non solum obsequium quo obnoxias est choro, subtrahit, sed altos psallentes perturbat. Super h[oc] debite obseruandis altisq[ue] ad divini officii prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus, Decanus vel cui onus int[er]cumbit, diligenter ihuigilet, hincinde ne quid inordinate fiat, circumspiciens. Horum autem transgressores, illius ho-

STATUTA SYNODELIA
rein quā circa predictā excederint, vel alio maiori, prout
transgressionis gravitas exigit, plecentur pena, laudabili
bus tamen consuetudinibus, statutis ac obseruantūs spe
cialibus ecclesiarum singularium fabris.
quo tempore quisq; debet esse in choro. Ca. xxxvii.

Quia in matutinis ante finem psalmi: Venite exalte
mus, in aliis horis ante finem primi psalmi. In missa
ante ultimum Kyrieleison, usq; in finem, diuinæ offi
cio non interfuerit, nisi forte necessitate cogente, ac petita
obtenta à præfidente chori licentia, discedere oporteat,
pro illa hora absens censeatur, fabris ecclesiarum consuetu
dinibus, si quie forte circa hoc arctiores existant. Idem in
his obseruetur, qui à principio usq; in finem in processionis
bus non permanerint, pro cuius execuzione deputetur alius
quis onus habens notandi personas singulari statuto tempe
re non conuenientes iuramento astriclus agere fideliter et
nulla parcere. Inbet etiam hæc sancta synodus, q; in illis ec
clesiis, in quib; singuli horis certo distributiones statuta
non sunt, omnino etiam de grossis fructibus (si opus fit) do
pucratur, ut iuxta mensurā laboris plus minusve quisq; co
piat emolumenti, tollēs prorsus absum illum, quo insina dū
taxat hora præseus, totius diei distributiones usurpat, et illo
rum quo Præpositi vel Decani, aut alii officiales, ex hoc so
lum q; officiales sunt, licet actualiter pro utilitate ecclesie
non absint, quotidianas distributiones percepunt.

qualiter horæ canonice extra chorū dicendæ
sunt. Cap. xxxviii.

Quodcumq; etiam alibi beneficiatos seu in sacris cōstitu
tūtos cū ad horas canonicas cœnatur, admittat has

*sancfa synodus, si orationes suas deo acceptas fore cupiant,
ut non in guttare, vel iuxer dentes seu deglutiendo, aut syn-
copando distiones, nec colloquia uel risus intermiscendo,
sed sive soli, sive associati, diurnum nocturnumq; officium
reuerenter, verbisq; distinctis peragant, ac tali in loco,
unde a denotione non retrahantur, ad quam se dissonere.
Ex preparare debent, iuxta id quod scriptum est: Ante
orationem prepara animam tuam, ne sis, quasi quis tenet
deum.*

*De his quæ tempore diuinorum vagantur per
ecclesiam. Cap. xxxix.*

Quicunq; in ecclesia beneficiatus, præsertim de maio,
ribus diuinorum tempore per ecclesiam, uel foris cir-
ca ipsam deambulando, aut cum aliis colloquendo, va-
gori usus fuerit, non solum illius horæ, sed totius diei præ-
fentium ipso facto amittat, qui si semel correctus, non desisti-
terit per mensem distributionibus careat vel graviori (si
pertinacia exigerit) paucis subiaceat, ita ut tandem desistere
cogatur. Prohibetur etiā ne diuina officia tumultuosi quo-
rumcumq; per ecclesiam discursus impediāt aut perturbent.
Regulares, qui in consuetudibus ecclesiis circa prædicta
excesserint graduiter superioris arbitrio castigentur.

De tabula pendente in choro. Cap. xl.

VT cuncta in domo dei ordinate procedant, ex quill-
bet scia quid sibi agendum imminet, statuatur tabek-
la aliqua, continue pendens in choro, in qua quid per unum
quemq; ex canonice vel alijs beneficiatis in singulis horis
per hebdomadam, aut maius tempus legendum, cantano-
dum ut scribatur. Qui autem secundum quod ibi

STATVTA SYNODALIA

descriptus fuerit, facere per se vel alium neglexerit, pro qualibet hora distributiones vniuersitatis.

De tenentibus capitula tempore missæ. Cap.xlii.

Prohibet hæc sancta synodus ut tempore missæ maioris, præsertim solennibus diebus; capitula seu actus capitulares, aut alii tractatus per Cathonicos non celebrentur, nisi forte vrgens et evidens ingrueret necessitas. Qui vero ad talēm horam capitulum indixerit à distributionibus quotidianis per hebdomadam sit suspensus, neq; ipsi Canonici pro illa hora distributiones ipsas lacrentur.

Experientia docti nouimus, q; quidam verbum dei in ecclesiis nostrarum ciuitatis et diocesis seminantes, religiosi et seculares presbyteri, interdum rancore moti contra se iniurie prædicare non verentur, in populi scandalum et exemplum perniciosum. Nos considerantes, q; sicut ex indiscreto silentio saepius error post se relinquitur, ita et inculta loquutio saepius errorem inducit. Idcirco praesenti statuto inhibemus, ne quis prædicantium in monasteriis et ecclesiis nostrarum ciuitatis et diocesis, sine religiosis, sine secularis existat, de cætero contra aliud quicquam in cancellis prædicet, sed si errorem, haeresim, uel quid aliusquis ex ipsis prædicauerit, id nobis uel nostro vicario in spiritualibus referatur, ne ex huiusmodi contentione publica scandala in populo et pericula consurgant antimarum, secus facientes penam grauem et condignam non euadent.

De sponsalibus et matrimonii. Cap.xliii.

Quamuis in generali Concilio Innocentius papa tertius sufficienter statuerit, ne quis sacerdos clandestinus matrimonii interfici, inhibens nihilominus ne to-

lia clandestina matrimonia contrahantur, cum tamen quod dolenter referimus prædicta clandestina matrimonia sœpius contrahantur, per quæ grandia scandalæ, et animarum pericula non modica insurgunt, prohibemus de cætero clandestina matrimonia contrahi iuxta constitutionem in Concilio generali editam, que habetur in c. fina, de clandestina desponsatione infra scriptam, quam in omnibus parochialis bus ecclesiis præcipimus singulis annis per plebanum ex eam animarum habentem quater publicari. Ne autem constitutio prædicta cuiquam sit incognita, eam etiæ de verbo ad verbū hic inseri volumus cuius tenor sequitur et est talis.

Cum inhibitio copulæ coniugalis sit in ultimis tribus gradibus reuocata, eam in aliis volumus distincte obseruari, unde prædecessorum nostrorum vestigiis inherendo, clandestina matrimonia penitus inhibemus. Prohibentes etiam ne quis sacerdos talibus interesse præsumat, quare specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorrogando statuimus, ut cum matrimonia fuerint comprehensa, in ecclesiis per presbyteros publice proponatur, competenti termino præfato, vt infra illum qui voluerit aut uoluerit legitimum impedimentum opponat, ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, utrum aliquid impedimentum obfit, cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec quid fieri debeat super eo manifestis considererit docus mentis. Si quis vero huiusmodi clandestina vel interdicta coniugia inire præsumperit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepit prorsus illegitima censetur, de parentum ignorantia nullum habitura.

STATVTA SYNODALIA

subsidium, cum illi taliter contrahendo non expertos sciencie, uel saltem affectatores ignorantie videantur, pari modo proles illegitima censeatur. Si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, praeter omne interdictum, etiam in conspectu ecclesiae contrahere presumperunt. Sanè, si parochialis sacerdos, tales coniunctiones prohibere contempernit, aut quilibet etiam regularis qui eis presumperit intereste per triennium ab officio suspendatur, grauius puniendus; si culpæ qualitas postulauerit. Sed ex his qui tales copulari presumperint etiam in gradu concessa pœnitentia condigna iniungatur. Si quis autem ad impedimentoum legitimam copulam malitiose impedimentum obiecerit canonica non effugiet ultionem.

Hac constitutione prohibemus, ne quis plebanorum senariorum ciuitatis ex diaecesis Hildesemensem de cetero clandestinis matrimoniis interficit, quod si fecerit, ultra penas canonis prædictas condigne mulctetur. Si autem alii qui ex subditis matrimonium clandestine contraxerint, mox postquam hoc scuerint, eos moneat, ut matrimonium per eos contractum in facie ecclesiae infra proximum mensem solennizent, qui etiam infra tempus ex spacio mensis eis prægendum matrimonium huiusmodi in facie ecclesiae solemniazare legitimo cessante impedimento teneantur. Et si id facere contempserint, seu eorum Curatus, ut præfertur ipsos monere non curauerit, tam curatus quam contrahentes, iuxta dictam constitutionem ex alias canonice puniantur.

De Iudeis. Cap. xlvi.

NE Iudei de cetero in ciuitate ex diaecesi nostris matrices seu seruientes habeant Christianas districtum

Inhibemus, quia indignum est filii liberi filii familiantur ancillæ, omnibus ipsorum seruientibus ac nutricibus percipientes, ut à servitius earum infra proximum mensim, a publicatione præsentium recedant, quos etiam Iudei libere dismittere teneantur, & transgressores huius statuti condigna animaduersione puniantur.

Ad idem.

Quoniam dudum in generalibus conciliis, & in sacro provinciali synodo Moguntineñ. nouissime celebrata, inter cætera de Iudicis & crucis Christi inimicis, sub cessatione diuinorum & pœna subtractionis, communio mis, statutum & mandatum reperitur, quod etiam nuper in conuentu Imperiali Augusteñ. per piissimum & invictissimum dominum, dominum Carolum quintum Romanorum Imperatorem in reformatio[n]e sua Imperiali ibidem facta familiariter repetitum, ac de novo est ordinatum & dispositum. Iudici signa deferre debeant, per quæ à Christianis distinguiri & discerni videantur, declarando & adiiciendo tale signum esse debere, circulum videlicet de filis croceis in veste extrinseca ante pectus, quo ad mares ac masculos, & duas rigas blauei coloris in peplis mulierum quo ad feminas. Cum autem parum proficit statuta condere et eorum exceptionem negligere, idcirco constitutione præsentis primus districte vniuersis Iudeis per ciuitatem & diacesim nostras habitantibus, sub pœna quinquaginta florenorum Rhenen. mandantes, quatenus huiusmodi signa extrinsecce iuxta declarationem Casareæ & catholicæ maiestatis predictam conformiter, & ad hoc per portas statem secularem & officiales & regentium compellantur,

STATVTA SYNODALIA

alioquin contra secus facientes officiales et regentes, ad subtractionem sacramenti eucharistiae, et nihilominus etiam contra Iudeos ad exclusionem communionis fidelium et alias poenas prout de iure procedatur.

De adulteris. Cap. xliv.

Quedam personae relicto legitimo thoro, non verentur una domo in adulterinis amplexibus manifeste cohabitare, in scandalum plurimorum, quorum scilicet prouidere volentes omnibus rectoribus, plebanis et curatis, nostrarum ciuitatis et diocesis in virtute sanctae obedientiae districte præcipiendo mandamus, quatenus omnes et singulos, qui in adulterinis amplexibus insimul resides re non verentur, admoneant, requirant, et exhortentur, ut infra quindecim dies ab iniucem discedant, et si mandato huiusmodi obedire contempserint, et post dictos quindecim dies (quod absit) insimul cohabitauerint, tales in eorum vita ab ecclesiasticis excludantur sacramentis, et post mortem nisi paenitentiam egerint de commissis ecclesiasticis ceareant sepultura, et nihilominus ad nos uel uicarium nostrum pro absolutionis beneficio consequendo remittantur. Ipsi vero rectores, plebani, et curati qui eos monere obmiserint a nobis, vel vicario nostro, canonicam expectare se non dubitent ultionem, quibus etiam sub simili comminatione districtius iniungimus, ut eorundem rebellium nomina, infra alios quindecim dies nobis vel vicario nostro desnuncient, ut contra eosdem ad ulteriora procedere valeamus.

De raptoribus. Cap. xlv.

Spoliatores stratarum ac raptoreis alios, qui transiunt per vias et stratas publicas, viduas, pupilos et per-

*feminas alias, presertim ecclesiasticas eorum bonis floriant,
propter eorum violentias, que perturbationem desiderant
de pacis inducunt, tali volumus nostro ferienti correctio-
nis gladio pena multari, ut tam ipsi qui receptantes eos ex-
scienter dantes eis auxilium vel favorem ipso facto sint ana-
thematis vinculo innodati. Hoc quidem statutum, volumus
anno quolibet in singulis quatuor festiuitatibus principa-
libus si sermo eodem die fiet. Alioquin die sequenti proxim-
mo dum sermo fuerit in quibuslibet ecclesias, civitatis ex-
diocesis nostrarum in cancellis publicari.*

De usuris. Cap. xlvi.

Vsurarios actus diuina et humana lege satis nouissima
exprobatoꝝ ex contra exercentes usuras, nouissima
ma constitutio concilii Lugdunenſi, poenam statuit exquisita-
tas, sed quia quæſito ſcenerandi colore, nonnulli sub titulo
venditionis exercent usuras, qui pecunias mutuant datis
inducijs ut statuto die recipiant fruges forte in duplo va-
lore quas, deinde ampliori pecunia vendant, quidam etiam
emendo rem pro certa quantitate venditori dimiſſam, ſta-
tuto termino pro adacto numero usurarum quantitate re-
vendunt. His fraudibus obuiando prohibemus, ne quis usu-
rarium absoluat publicum, vel ad ecclesiasticam recipiat ſe-
pulturam, niſi cautione praeflita de vntuerſis restituendis
iuxta conſtitutionem apostolicam in concilio Lugdunenſi, fa-
ctam, que habetur de usuris libro ſexto, que incipit, quan-
quam ex c. quam in omnibus parochialibus ecclesias praecis-
pimus singulis annis per regentem curam animarum ſemel
videlicet in dñica quadragesimæ, qua canitur Iudicis ex c.
ſolenniter publicari. Ne autem conſtitutio praedicta eme-

STATUTA SYNODALIA

quam sit incognita ^{et} illam voluimus hic de uerbo ad verbum inseri.

Quanquā usurarii manifesti de usuris quas receperant satisfieri expressa quantitate uel indistincte in ultima voluntate mandauerunt, nihilominus ecclesiastica denegetur sepultura, nisi de usuris ipsis fuerit, prout patiuntur facultates eorum plenarie factum, vel illis quibus est facienda restitutio, si præsto sint ipsis, vel alii qui possint eis acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut eius vices gerenti, sive rectori parochie, in qua testator habitat, coram aliis quibus fraude dignis de ipsa parochia, quibus quidem ordinario vicario aut rectori prædicto modo cautionem huiusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere, ita ꝑ perinde actio acquiratur, ac si feruū publico de ipsis ordinarii mandato idonee de restituione facienda sit cautum. Ceterum si receptarum usurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione prædicta ex primi volumus, alioquin aliam recipiens cautionem huiusmodi arbitrio moderandam, ipse tamen scienter non minor tem ꝑ verisimiliter creditur, moderetur, et si securus fecerit ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos et alios qui manifestos usurarios contra præsentis sanctionis formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturam, pœnæ Lateranen. concilii contra usurarios promulgata statutum subiacere, nullus manifestorum usurariorum de flamentis intersit, aut eos ad confessionem admittat, sive ipsos absoluat, nisi de usuris satisfecerint, uel de satisfaciendo pro usurum viribus facultatum præsident, ut premittatur idem cautionem, testamento quoque manifestorum usurarios

ut aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

De panis occasione interdicti. Cap. xlvi.

Sicut provincialis concilii ordinationi inhærendo hæc constitutione perpetuo valitura, ordinatione reue rendissimi domini cardinalis Campegii legati in sua res formatione præinserta, posita pro præsenti rerum statu salua sanctitas, ut si in ante alicuius ecclesiastica vel secularis persona cuiuscunq; dignitatis status vel conditionis exstet, instigante diabolo infra civitatem & diocesim nos fratres clericum, ut pro clericō se gerentem interficerit, aut mutilauerit, aut sine licentia superioris ipsius clericī casu inuauerit, aut detinuerit, eo ipso in terris, ecclesiis, parochiis, totius archipresbyteratus in quo huiusmodi delictū commissum, aut clericus huiusmodi captus fuerit, non solum in illa archipresbyteratu, sed etiam in quibuscumq; aliis archipresbyteribus, in quibus quempiam talium delinquerit, & in omnibus locis, in quibus interfector seu mutilator, aut captor, seu eius complices, & ipsi consilium, auxilium, & tuuamen prestantes, domicilium, aut dominū obtinentes, & sive de facto, sive de iure iurisdictionem exercuerint, aut obtinuerint, vel moram traxerint, & ad quæ deuenenerint, & quamdiu in eisdem fuerint, & post ciuislibet ipsorum abinde recessum ad tres dies continuos ipso facto cesserint a dominis, & seruetur strictissime ecclesiasticum interdictum tam diu, & quoq; Ieo nobis & ecclesiæ fuerit de tanto flagitio factum, aut interdictū huiusmodi alias fuerit legitime relaxatum, tales etiā iniuriantes tāquā excommunicati eo ipso, a singulis artius evitetur, donec absolutionis beneficium meruerint legitime obtinere.

STATUTA SYNODALIA

Ne autem hi iuxta promissa interdictum seruare debentes
se valeant per ignorantiam quomodolibet excusare præ-
cipimus, ut rectores seu plebani ecclesiarum parochialium,
in quorum parochiis facinora prædicta commissa fuerint,
statim, et infra unius diei spaciū archipresbytero si præ-
sens in archipresbyteratu fuerit, alioquin Camerario, et si
Camerarius etiā abesset, viciniori presbytero curato illius
archipresbyteratus præsenti rem gestam referant. Qui ar-
chipresbyter, seu Camerarius, aut vicinior confrater Cura-
tus omnibus ceteris confratribus archipresbyteratus huius-
modi, et etiam religiosis in eo commorantibus, infra bis-
dum proximum hoc idem facinus manifestet, ac interdis-
tum per eos, et in toto archipresbyteratu seruandum fos-
re notificet, quibus super his fidem plenam, sicut nostris
literis volumus adhiberi. Si quis vero rectorum seu pleba-
norum ecclesiarum parochialium, aut archipresbyterorum,
vel Camerariorum hoc nostrum præceptum adimplere con-
tempserit excommunicationis sententiam eo ipso incurrit,
a qua non possit, nisi congrua satisfactione prævia libera-
ri, per præmissa constitutionibus legalibus, et provincialiis
bus contra sacrilegos prædictos editis, et aliis que de ipsi-
orum poenis tractant non intendimus derogare, sed potius
eas in suo robore volumus permanere.

Ex eadem generali synodo Basiliensi.

Insuper eadem sacrosancta synodus Basiliensis ad via-
endum scandalum et multa pericula, subueniendumque, con-
scientiis timoratis flatuit, et nemo deinceps a communione
alicui in sacramentorum administracione vel receptione,
aut aliis quibuscumque in iudicis, vel extra cuiuscumque senten-
tiæ,

tie, aut censuræ ecclesiastice, aut suspensionis, uel prohibitionis ab homine, uel ab iure generaliter promulgatis occa-
fione, teneatur abstinere, uel aliquem uitare, aut ecclesiasti-
cum interdictum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suffe-
sio, uel censura ecclesiastica huiusmodi fuerit, uel contra
personam, collegium, uniuersitatem, ecclesiam, aut locum cer-
tum, aut certam à iudice publicata, uel denunciata speciali-
ter, & expresse, aut si aliquem ita notoris excommunicaz-
tionis sententiam constiterit incedisse, quod nulla possit ter-
giuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari. Nā
à communione illius abstineri uult iuxta canonicas sanctio-
nes, per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensi-
& interdictos seu prohibitos, non intendit in aliquo reles-
nare, nec eis quomodolibet suffragari.

Ad idem ex eadem generali synodo.

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione
multa consueuerunt scandala euenire, Statuit hæc sancta
synodus, quod nulla ciuitas, oppidum, castellum, villa, aut lo-
cus, ecclesiastico possit supponi interdicto, nisi ex causa sen-
culpa ipsorum locorum ipsorum, aut domini, seu rectoris,
uel Officialium. Propter culpam uero seu causam alterius
cuiuscunq; priuatae personæ huiusmodi loca interdici nequa-
quam possint auctoritate quacunq; ordinaria uel delegata,
nisi talis persona fuerit prius excommunicata, aut denunciat-
ata, sive in ecclesia publicata, ac domini, seu rectores, uel
Officialis auctoritate iudicis requisiti huiusmodi personam
excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eis-
cerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post
biduum eiusdem recedente uel satisfaciente, mox diuina res-

STATVTA SYNODALIA

fumi possint, quod etiam in pendentibus locum ipsa synodus, uult habere per hanc tamen constitutionem, non uoluerimus esse sublatam constitutionem nostram præmissam, qua incipit, Sacri prouincialis.

De pœnitentiis & remissionibus. Cap. xlviij.

TAmetsi iuxta ordinationem & constitutionem sans
etë matris ecclesiæ in concilio Lateranen. sub Inno-
centio tertio celebrato æditam & factam, quæ habetur sub
titulo de pœnitentiis & remissionibus in antiquis. quilibet.
doli capax teneatur saltem semel in anno cōfiteri proprio
sacerdoti, uel de eius licentia alteri, & eucharistiæ sacrae
mentum ad minus in pascha recipere. Certificati tamen fu-
mus (quod certe dolenter referimus) q̄ nonnulli ciuitatis &
diœcesis nostrarum incolæ & inhabitatores his turbatissi-
mis pernicioſarum dogmatum & nouitatum temporibus,
etiam pluribus annis non sint confessi, nec sacrum eucha-
ristiæ receperint sacramentum. Itaq̄ pro pastoralis officiū
noſtri debito, ut tales circa propriam salutē desides, ad me-
liorem uitam omni studio & solertia reducantur, districte
præcipimus & mandamus diectam Lateranen. concilii con-
stitutionem in omnibus parochialibus ecclesiis annis singu-
lis per ecclesiistarum parochialium rectores & curam anima-
rum habentes, bis in quadragesima semel in dominica In-
uocauit, & iterum in dominica qua canitur Lætare, de am-
bone publice & solemniter publicari. Et ne constitutio ha-
iusmodi cuiq̄ sit incognita, illam præsentibus uerbo ad uer-
bum inferendum curauimus.

OMnis utriusq; sexus fidelis, postq; ad annos discre-
tionis peruenierit, omnia sua solus peccata saltem

semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & in
 iunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adim-
 plere, suscipiens reverenter ad minus in pascha eucharistiae
 sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob ali-
 quam rationabilem causam tēpus ab huiusmodi perceptio-
 ne duxerit abstinendum, alioquin & uiuens ab ingressu ec-
 clesiæ arceatur, & moriens Christiana caret sepultura.
 Vnde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publico-
 etur, ne quisq; ignorantis cœcitate uelamen excusationis
 assumat. Si quis autē alieno sacerdoti voluerit iusta de cau-
 sa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obe-
 neat à proprio sacerdote, cum aliter ipse illum possit absol-
 uere & ligare. Sacerdos autem fit discretus & carus ut
 more periti medici superinfundat uinum & oleum vulne-
 ritus fauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstâ-
 tias & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat
 ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere &
 ueris experimentis utendo ad saluandum ægrotum. Cas-
 ueat autem omnino ne uerbo aut signo, aut alio quovis mo-
 do aliquatenus prodat peccatorem, sed si prudentiori con-
 filio indiguerit, illud absq; ulla expressione personæ cause
 requirat. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio
 sibi detectum præsumperit reuelare, non solum à sacerdo-
 tali officio deponendum decernimus, uerum etiam ad agen-
 dum perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium
 detrudendum.

quia nonnulli religiosi terminis suis non contenti in per-
 ditionem animarum in casibus sedi apostolicae, & nobis re-
 seruatis in ciuitate & dioecesi nostris subditos nostros absolu-
 to

STATUTA SYNODALIA

uerē præsumunt, licet de hoc nullam receperint potestatē, præsenti decreto inhibemus, ne deinceps nūdo uerbo ipso rum religiosorum afferentium se talem habere potestatē, nisi alias de potestate huiusmodi fecerint fidem legitimis documentis, credatur, declarante*s* absolitiones eorū in casib⁹ predictis factas nullas esse, nisi hoc sp̄ecifice à sede apostolica, seu à nobis eis sit concessum.

Ad idem.

Insuper omnibus presbyteris curatis & non curatis nostrarum ciuitatis & dioecesis inhibemus, ne de casibus episcopali⁹ nobis reseruatis, quas duximus inferius annexos, nisi quatenus iuxta tenorem præsertae reformationis reuereñ. domini Cardinalis Campegii de latere legati hoc ipsi⁹ conceditur seu permittitur se intromittere audeant, sed ad nos seu Vicariū nostrum, omnes infrascripti remittātur, decernentes absolitionem per eos absq; speciali concessio⁹ne nostra seu Vicariū nostri in casibus huiusmodi, præterq; in mortis articulo factam uiribus penitus carere.

De Sententia excommunicationis. Cap. xl ix.

Quoniam excommunicati absoltos se esse nonnunquā mentiuntur, ex quorum communione pericula eveniunt animarum, præsenti constitutione inhibemus, ne de cetero quisq; sacerdos curatus nobis, subiectus quācunq; personam eius parochie, quam semel per nostras, seu vicariū uel Officialis nostri literas excommunicatorias sigillatas excommunicatā denūciauit, aut contra q; tales literas uidit & recepit, ultra ad diuinā sua, scienter admittat, uel coram eo celebret, aut absolutū credat uel teneat, nisi absolitionē suā literatorie & sigillatā illue figillo qui cum ex-

communicauit sibi prius ostēdat. Trāsgressores autē vtrā
pœnam iuris q̄ incurvant, pœnam condignā non euadent.

Quamvis cōtra absentes ad synodum vocatos ad pœnas iuris procedere id eorū contumacia exigēte possemus,
ex causis tamen certis nos monentibus mitius agentes, sub
spe quod in futurum nostra benignitate attenta reddan-
tar obedientes, pœnarum huiusmodi effectum duximus su-
spendendum, et suspendimus per præsentes.

Præterea, ne cleris nostris censuris, et sententiis ecclē-
siasticis auctoritate ordinaria propter statutorum trans-
gressionē, et non obseruationem à nobis, et prædecessorē
bus nostris latae, dummodo à iure latē non sint, inuolu-
tur, illas tollimus in his scriptis easdem in arbitriarias pœnas
per nostrum Vicarium in transgressores infligendas com-
mittentes, citra tamen pœnarum iuris sublationem, quibus
per hoc nolumus derogare.

CÆTERVM CASVS EPISCOPIS SPE- CIALITER RESERVATI SUNT INFRAScripti. Cap. I.

Item: Rebaptizatus, Reconfirmatus, uel reordinatus.

Item: qui matrimonium post sponsalia iurata cum alia q̄
sponsa contraxerint.

Item: Mulier quæ antequam certificaretur de morte mari-
ti, secundo contraxerit.

Item: Ille qui virginē deflorauerit, oppresserit, et rapuerit.

Item: Opprimens propriam prolem.

Itē: In se sterilitatē uel aborsum quomodolibet procurās.

Item: Homicidium, factio, præcepto, consilio, cōsensu, aucto-

STATVTA SYNODALIA

- ritate propria, aut auctoritatina exhortatione, vel quis
uis alio modo committens.
- Item : Incestum in tertio, aut proximiori gradu consanguis
nitatis, aut affinitatis committens.
- Item : Voti transgressores.
- Item : Symoniacus. Item : Usurarius.
- Item : Raptor. Item : Sacrilegus.
- Item : Incendiarius. Item : Latro.
- Item : Ecclesiam consecratam sanguinis vel seminis effusio
ne polluens.
- Item : quilibet ecclesiæ, vel cœmiterii, aut emunitatis, uel li
bertatis ecclesiasticæ violator.
- Item : quilibet excōmunicatus à canone vel constitutione.
- Item : Sacerdos proditor confessionis.
- Itē: Celebrās in ecclesia interdicta, uel altari nō cōsecrato,
aut mobili sine licētia, uel sine indumentis, aut nō ieunus.
- Item : Non ordinatus celebrans vel ministrans in ordine
quem non habet.
- Item: Sacerdos, cuius negligentia, uel culpa aliquid inhone
stum, uel aliquod scandalum circa sacramenta euenit.
- Item: quilibet deierans, seu ueniens contra suū iuramentū.
- Item : Falsarius literarum & monetæ.
- Itē : quilibet manus violētas iniiciēs in patrē, et matrē suā.
- Item : quilibet coniugatus contrahens matrimonium, viuen
te vxore, cum secunda, uel intrans religionem, uel reci
piens sacrum ordinem coniuge invita & econtra.
- Item : Coniunx qui & que in mortem coniugis effectu alio
ter machinatus uel machinata fuerit.
- Item : Scienter cojens cum infidelī.

- Item : Promotus proprium, quod per proprium episcopum sine licentia.
- Item : Furtive seu per saltum vel extra statuta tempora promotus.
- Item : Excommunicatus, vel suspensus, aut interdictus in ordine suo ministrans, vel qui taliter ligatus aliquem ordinem suscepit.
- Item : Scienter sepeliens corpus excommunicati in cuncto orbe, vel etiam non excommunicati tempore interdicti.
- Item : Abutens quomodo liber sacramentis ecclesif, vndeputa Hostia, Chrysma, vel alia re sacra.
- Item : Omnis adulter*e* adulteria salt*e* publicus *e* publica.
- Item : Quilibet scienter extra casum necessitatis baptiz*as* propriae prol*e*, vel ill*a* ten*e*s in baptismo aut confirmatione.
- Item : Omnis haereticus, aut fautor participator ue haeretic*c*œ prauitatis.
- Item : Committens sodomiticum crimen, aut cum brutis commissum.
- Item : Quilibet cum sanctimonialibus coiens.
- Item : Omnes clandestinae contrahentes sponsalia, nisi infra tempus statuti suprapositi illa solennizauerint.
- Item : Post ostrem, ad sinistram suspicionis tollendum ambiguum, in his mis, ne quis sacerdos, vel religiosus de cetero confessiones ali*e*, audiat alibi quod in loco publico ubi uideri possit.

Lecta *e* publicata fuerunt haec statuta synodalia Reuerendissimi patris *e* d*n*i, D. Valentini ep*iscop*i Hildesem*en*. in synodo episcopali per ipsum personaliter in ciuitate *e* ecclesia Hildesem*en*. celebrata, die lunae post d*n*icam L*etare*, quae fuit. XVII. Mensis Martii. Anno a nativitate d*n*i. I 539.

FORMVLA VIVENDI CANONI-
corum, vicariorum & aliorum presby-
terorum secularium.



IC Psalmum dic am nomini tuo in ses-
culum seculi , vt reddam vota mea de-
die in diem.Scribitur psal.lx.Super hoc
verbo dicit glossa Augusti.Si vis in æter-
num psallere , redde vota in isto die, id
est, quod promisisti nunc solue, donec venias ad illum diem
in quo perenniter cum omnibus sanctis deum laudes . De os-
mnibus enim bonis quæ in præsenti facimus, deum in futuro
perenniter laudabimus . quod igitur illic acturi sumus,hic
inchoare debemus.Ecce venerabilis dñe, q̄ breue verbum,
sed fœcundum et omni suauitate plenum, vestroq; desiderio
aptissimum.Scribitis namq; et rescribitis pro aliqua exhorta-
tione et informatione vobis transmittenda,super qualita-
te status vestri,quasi non habeatis ad manum sanctorum re-
gulas et formulas,iuxta quas secure vos regulare possitis.
Si non humilitas vestra pariter et bona vita vos excusaret,
decidendi nos occasionem potius q̄ exhortationem aut in-
formationem expetere timeremus.Coacti igitur (deus scit)
facere tentamus quod nescimus , et nisi ipse calamum diri-
gat,inutilis erit labor iste, sed utinam non perniciosus.Nun-
quam enim sermo exilis doctum quemlibet aut exasperat aut
impedit.Et cum ego vestræ personæ notitiam non habeam,
nisi tantillum quod (sicut dictum est) mihi presbyter es sis,
& cuiusdam cathedralis ecclesiæ canonicus, idcirco secure
consulere non ualeo.

De quinq̄ horribilibus exemplis contra eos qui vitam suam emendare volentes, statim cum compunctionis spiritum sentiunt, se perfectos esse arbitrantur, & in modo viuendi eligendo sanis consiliis non vntuntur, sed iuxta motum capitis sui ambulant.

Caput primum.

Dicit beatus Gregorius in pastorali suo. Non una easdemq; cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas affringit. quod vni prodest, alteri non solumquam obest. Dicam rem hanc breuiter sub quintuplici exemplo quæ vos in admirationem & cautelam magnam adducere debet. Non longe ante hos annos presbyter quidam fuit admodum bonæ vitæ, quem hoc ordine diabolus detexit. Cōfuluit namq; sibi, ut se interficeret, ut martyr fieret, afferens hoc dñō plurimum placere. Tādem miser arrepto pugione proprium perfodit ventrem, sperans in hoc obsequium se praesulare deo, sed cum plagam sensisset, illico exclamauit, dicens: Heu heu deceptus sum. Accurrentibus autem vicinis et causam sciscitantibus, cuncta narravit, moxq; miserabiliter vitam finiuit.

Alius quidam ualde timoratæ vitæ, cum informari nollet, in erroneam conscientiam lapsus, dixit se desserare de venia propter severitatem iudiciorum dei, qui similiter lassus se suspendens, interiit.

Tertio, quidam presbyter casuissimæ uitæ fuit, ita ut nec probare vitæ fœminis loqui auderet, verum cum ad beatam Mariam in hæremo peregrinari diffoneret, virgo quædam sancti propositi eidem se sociauit, ut hac occasione diu cōcepit deuotionem sibi colloquendo reuelaret. Sed probabo

FORMVL A VIVENDI

lor posſi longa tādem colloquia in carnis vitiū ſunt collapſi.

Altera etiam quēdam virgo per omnia probifſima mihi nota, cum non poneret modum deuotioni ſuæ, eo q̄ iugiter orare & contemplari vellet, in frenefim perpetuā cecidit.

quēdam etiam virgo cum maritari nollet ex magna deuotione à ſeculari conuerſatione abſtinere diſpoſuit. Hāc im-
amicus in tantam auaritiæ facem depulit, ut de eis qui quoq; ſa-
lute plurimum timeretur. Hāc venerabilis dñe breuiter di-
xerim, ut ē vicino oſtenderem, q̄tum etiam periculum in ſas-
cris exhortationibus cōtingere potest, ſi nō debite applicā-
tur. Ecce ponamus ante noſtros oculos quādoq; hos quos prę-
fati ſumus. Si primo dixerimus, q̄ fortiter in via dei ambula-
re debuerit, ecce inde occaſionem propriæ necis accepit. Si
ſecundo dicamus ut deum timeat, ecce, inde in desperatio-
nem corruit. Si tertio dixerimus, proximum tuum ama ſicut
teipſum, ecce propter hoc in luxuriam cecidit. Si quarto di-
xerimus contemplationi inſiſte, ecce hac occaſione in amen-
tiā peruenit. Si quinto dixerimus, ut prudenter ſe gerat in
omnibus, ecce propterea penè in auaritiā irremediabiliter
lapſa eſt. Omnes hāc doctrinæ quām ſanctæ quām deuotæ
ſint, ſed hiſ personis ſic diſpoſitis quām ſint pernicioſae, dat
idem beatus Gregorius exemplum de pane qui vitam fortio-
rum roborat & parvulorum necat. Similiter medicina que
nonnumquam vni morbum innuit, & alteri vires aufert: ſic
ſacra ſcriptura eſt quibusdam odor vitiæ in vitam, quibusda-
m odor mortis in mortem. Neque hoc ideo venit quia ſacra
exhortatio mala ſit, ſed propter insufficientiam au-
dientium, quæ communiter ex ſuperbia pullulare ſolet.
Nam ſunt plerique qui quām cito ſpiritu compunctio-

nis sentiunt, statim se perfectos arbitrantur, neque ullius magislerii moderamini se subdere uolunt, dicentes: Ego sum bone voluntatis, totum quicquid dico aut facio, cordia liter noto &c. quasi hoc sufficiat contra tot antiqui hostis versutias, & quia nunquam discipuli veritatis fuerunt, ideo facile a spiritu erroris seducuntur. Nulla enim ars haberi præsumitur, nisi prius intenta meditatione discatur. Dicit quidam venerabilis doctor, q̄ bonę voluntati nihil est periculosis, si non recta ratione reguletur. Hoc est notabile & formidolosum verbum, & dat rationem, quia de natura voluntatis est, q̄ sit cæca, & de natura boni est q̄ sit sui diffusum. Quae igitur semper cæca est & ubiq̄ discurrere uulnerit, quid illi restat, nisi casus continuus: Vnde Cyrillus de hoc dicit: Certe nil plus nocet, q̄ aliorum sp̄reto consilio, ut propria præcipit voluntas ambulare, qui suę tantum uoluntati credit in cunctis quae facit, finem odibilem adinueniet. Exempla de hoc sunt infinita. Igitur qui secure ambulare desiderat, non sibi confidat, neq̄ deum tentare debet, quasi ipse sibi de superscientiam infundere merito teneatur, quia ipsum amoroso corde querit. Hoc namq̄ & ipse dedit, sed neq̄ de hoc sibi blandiri quisquam poterit q̄ bonę voluntatis est, quasi hoc a se habeat, sed sollicite pensare debet, quo modo talentum sibi diuinitus datum dignae expendat gratias, digne cooperando, sciens q̄ non omnia charismata sic mul donantur in sua plenitudine, sicut nec impetu uno virgultum excrescit in arborem robustam, sed omnia tempus suum habent, & per determinatas moras regulatissime unumquodq̄ tendit ad sui consummationem. Est igitur consilium omnium sanctorum patrum, qui de moribus scrips-

FORMVL A VIVENDI

runt, q̄ homo bonæ voluntatis quærere debet virum aliquem
disciplinatum & in sacra pagina bene doctum, cui totum
cor suum, & propositum plene reuelet, a quo mandata vi-
uendi accipiat, quæ etiam tam diu diligenter obseruet, dos-
nec ipso licentiante, aut certe spiritu sancto reuelante ad
altiora se transferat. Hic namq̄ vir heroicus siue spiritualis
omnia diiudicat, naturam considerat, propositum explorat,
& iuxta hoc quod uiderit expedire, singula moderatur.
Cuius etiam consiliis tanquam diuinis est obtemperandum,
quia in eo habitat spiritus sanctus. qui de his dubitat, legat
regulam beati Hieronymi ad Eustochium, & epistolam ad
Demetriadem & alia eius opuscula, similiter Augustini, Be-
nedicti, Bernardi, &c. et si aliter inuenierit, quod non puto,
mendacii me arguat: Verum ut per quotidiana exempla
id probem ad oculum ista videmus in scholis uirtutū, id est,
approbatis religionibus, vbi de his omnibus diligenter in-
quiritur, nec quisquam in feroce nouicio permittitur am-
bulare, iuxta motum capitis sui, quasi securus sit de omni-
bus, eo q̄ habuerit bonam uoluntatem, sed secundum regu-
las sanctorum patrum instituitur in omnibus. Et qui sic pro-
cedit, secure procedit & proficiet, non tamen sine grande
labore & tentatione quotidiana, quia tentatio est uita ho-
minis super terram. Et Adç dictum est: In sudore vultus tu-
vesceris pane tuo. Specialiter autem uirtutis exercitium est
circa difficultia: quare merito ad hoc idoneus magister, sci-
licet, qui scientiam & experientiam eius habuerit, quia tes-
sie. S. Gregorio: Ars artium est regimen animarum. Dicitur
notanter idoneus magister, quia multi reperiuntur consul-
tores fallaces, inflati spiritu arrogantiæ, aut auaritiae, &

multos seducunt. Heu quot homines simplices, & bonæ voluntatis perierunt per tales simulatores. Dicam breviter rem quæ mihi accidit. Cum aliquando in adolescentia mea visitasse quendam solitarium laicum, qui iugi clausura se debat in quodam conclave seorsum, & ab eo verbum & distinctionis interrogassim, inter multa consilia quæ dixit, hæc, aut similia verba adiunxit: qui vult esse perfectus Christianus, debet vendere omnia quæ habet, & dare pauperibus, & officiatum mendicare sicut Christus fecit: & nihil amplius curare de scripturis, quia scripturæ confusæ sunt. propter multiplicatatem glossarum, & bonum esset, q[uod] vniuersæ glossæ comburerentur. Hæc & similia miser ille verbositando dogmatizauit. Cumq[ue] diligentius cogitassim de his, quia adhuc ignarus eram huius astutiae: quidam presbyter dixit mihi, ne cures de phantasuis illis. Nuper quendam fabrum similiter docuit, qui cum omnibus distractis mendi care cœpisset, vniuersi maledixerunt ei, dicentes: Cur mendicare vis cum fortia membra habeas ad operandum, redi ad officium tuum. Quid plura? Tandem cum nil sibi a quoqua daretur, nec quid manducaret, inueniret, desperatione tactus in flumen se præcipitans submersus est. Similia plura de talibus leguntur. Ecce venerabilis domine, quanta est astutia antiqui hostis, etiam contra homines bonæ voluntatis. quare summopere vobis præcaendum est, ne in lagillum eius incidatis. Placeat reverentiæ vestir[um] hoc aduertere, quod communiter dicitur, religiosi possunt se facilius inuare contra tentationem inimici propter multa, &c. Hæc est etiam sententia beati Bernardi & Hieronymi. Ratio est, quia semper alieno arbitrio diriguntur, nec quic-

FORMVL A VIVENDI

quam de voluntario habent. Peccatum autem est adeo voluntarium, quod si non esset uoluntariū non esset peccatum.

De mala libertate canonicorum secularium. Cap. ii.

Hinc concluditur, q̄ verus obediens uix potest peccāre, ex quo ulterius per oppositum concluditur, q̄ qui non vult obediare, vix potest benefacere. Iam quæso, reflectite hæc super statum vestrum. Quid est q̄ quidam ita vitare solent sicut obedientiam: cum uenia loquor, nonne hæc est quotidiana uox dominorum canonicorum paucis exceptis? Nos liberi sumus, nemo nobis præcipere habet: nos cum domini sumus, nolumus ut præcipiatur nobis, sed ipsi aliis præcipere debemus. Nunquid serui sumus? Ach male liber est, qui diaboli seruus est. Nonne vulgariter dicitur, quanto stirps nobilior, tanto ceruix flexibilior? quid de sua generositate tales habent gloriari, quando nec diuino nec humano iudicio nulla in eis ingenuitatis indicia reperiuntur? Iam dictum est, q̄ nobilitas uera sine secularis sine spiritua- lis, cum promptitudine obediendi soleat agnoscī. Item ulterius sequitur, q̄ si verus obediens facilius potest uitare peccatum, econtra qui non vult obediare, difficilius potest peccatum vitare, imo penitus non potest, quia diabolus eum ad omne malum impellit, quem nullo disciplinæ freno alligatus cernit. Prona est namq̄ omnis ætas ad malum. Igitur venefabiles domini, si uultis seriose vestram salutem procurare, cauete ab hac mala libertate, cauete et a falsis et imperitis magistris, per hæc duo penè totum mundum diabolus post se trahit. Tollantur e medio ista duo, scilicet persistacia obediendi, et fallacia erroneous magistrorum, quid ulterius periculi remanebit in orbe terrarum? Si cum

Et magistri bene docerent, si cuncti discipuli bene obedi-
 rent, nonne reformatus esset mundus: hic tota difficultas,
 hic totius vitae Christianæ perfectio latet. Sed absit hoc, di-
 cit libertas mala, ut sic me alteri subdam, q̄ nihil mihi re-
 seruem, sicut dominus, ego pariter consiliabor, ego quod
 placet faciam, alienum non audiam, nisi forte illum qui lo-
 quitur mihi placentia. O periculum periculorum nimis su-
 per omnes filios Adam effusum, quod utiq̄ paucissimi ef-
 fugiunt, scilicet electi, perfecti in timore dei. Et ut breui-
 ter dicatur, Via lata ad gehennam est mundialis ista lis-
 bertas pro qua penè omnis homo certat usque ad mortem,
 iuxta vulgatum proverbiū: Libertas praualet auro.
 Videamus exemplum familiare, Naus in mediis fluctu-
 bus sine gubernatore, nunquid vere libera an non? Si
 vere libera est, ad portum secure perueniet: si autem,
 submergetur, Sic est omnis homo, qui diuinis legibus non
 est institutus, nunquam aliquis talis est saluatus, quia a
 diabolo possidetur, ad cuius voluntatem vinculis praece-
 consuetudinis tenetur irretitus. O utinam viderent sin-
 guli quod vidit beatus Martinus. Cum enim aliquando
 venisset ad palacium cuiusdam tyranni, vidiit quendam ma-
 ximum dæmonem sedere super collum eius in stirpe equitis,
 qui ipsum duxit quocunq; volebat. Simile beata Brigida
 vidiit, Cum quidam superbi prælati ascendissent sus-
 per equos pompaticos, q̄ toties Ethiopes quidam ascen-
 derunt super colla ipsorum, Sic miser homo decipitur, pu-
 tans q̄ suam impleat voluntatem, et nescit q̄ diaboli ser-
 uit impalib; ad omne malum. Hæc sunt stipendia malæ
 libertatis, quādo scilicet unusquisq; facere delectatur, quod

FORMVL A VIVENDI

sibi propria voluntas suadet ; quam communiter diabolus quodam quasi hæreditario iure facile sibi seruire cogit. Ecce quod homo summe diligit & appetit , hoc summe sibi perniciosum est, propriam scilicet adimplere uoluntatem, ut nemo ei dicere possit, cur sic facis, aut, ab illis abstineto etc. quia hac libertate omnibusq; viciis exponitur.

quid sit secundum carnem viuere. Cap.iii.

VNDE Apostolus ait : Si secundum carnem vixeritis, moriemini, Vbi sic dicit beatus Augustinus: Ille secundum carnem uiuit , qui secundum seipsum uiuit, id est, pergit quo vult, dormit quando vult , & quamdiu vult, loquitur quicquid uult , manducat & babit quando uult , & quantum uult, ridet, iocatur, ociatur prout vult , occupatur quando uult, & in quibus uult , quicquid naribus suave est: querit, quicquid auribus blandum , quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iocundum exercet & prosequitur, Delectatur in uestimentis curiosis & epulis splendidis & domibus gloriosis. Quid multa? Omnia desideria carnis sue exquirit, & perficit sicut vult & quando uult . qui si uiuit, absq; omni dubio eterna morte morietur, ubi nunquam quicquam habebit ex his que uult, sicut exemplificat dominus in euangelio de diuite epulone, qui hic omnia ad nutum habuit prout uoluit, sed postea unam guttam aquæ obtinere non potuit pro refrigerio linguae sue in tanta paenitatem constitutus, in qua adhuc est usq; hodie & in eternum manebit, nec unquam gutta illa ei dabitur , sed ingiter peius habebit. Ecce uenerabilis domine, q; insensati sunt , qui hic de mala libertate gloriantur , non volentes submittere collum suum iugo Christi, qui dixit : Discite a me, quia mis-

*eis sum & humilis corde, Tollite iugum meum super uos,
& inuenietis requiem animabus vestris.*

Cū quibus conuersari debet canonicus secularis. Ca. iiiii.

Igitur pensate diligenter statū conscientiæ uestræ, quo modo vixistis, & quomodo quotidie uiuatis, & quales sunt cū quibus conuersamini: quia ex hoc magna dependet portio salutis uestræ. Dicit nāq̄ spiritus sanctus, spiritus utiq̄ ueritatis qui nemine fallit, per os prophetæ: Cum sancto sanctus eris, & cū uiro innocentē innocens eris. Et cū electo electus eris, & cū peruerso peruersus eris. Vbi dicit glossa, Ex cōuictu mores formantur. Nā qui tangit picem, inquinatur ab ea. Et qui terit herbā odoriferā, percipit sua uitatem eius. Quia reuera uita humana, non est ludus puerorum, Ecce ut planè loquar uobis, quia presbyter & canonicus estis, non licet nisi cū spiritualibus conuersari, quia de eleemosynis uiuitis, & ideo omnino debetis uos aptare ut sitis dignus & gratus mediator inter deū & homines. Hoc enim clericus sonat quasi de hoc seculo acceptus & sorti dñi mancipatus. Igitur cum deo & spiritualibus uiris erit conuersatio uestra, si recte uiuere uulnus. Itē nō sufficit quæliter cunq̄ uiuere, sed sicut canonicus, id est, regularis. Cas non enim dicitur regula, inde canonicus, id est, regularis. Dicitur autem regula quia regit, & secundum quam aliquis bene regulatur ac dirigitur.

Qui nō uult regi & dirigi, non est canonicus. Ca. v.

Igitur qui non uult regi nec etiā dirigi, ipse nō est canonnicus. Si autē non est canonicus, tunc corā deo nō potest leuare fructus præbēdæ, cuius titulu falso nomine possidet. quod si leuauerit, peccat, & ad restitutio[n]ē coram deo te-

FORMULA VIVENDI

netur. Et si restituere non ualeat, tunc diuina iusititia ipsum
æternæ seruituti adiudicabit, si in hac uita, dum adhuc tem-
pus habet, condignam pœnitentiā non egerit. Hoc omnibus
modis est tenendū, q̄ impossibile est, q̄ unus quadrās iniue-
ste leuatus apud deum sit in obliuione, sicut aperte euange-
lium dicit: Si uadas cum aduersario tuo in uia, cōpone te cū
illo, ne forte tradat te iudici, & index exactori, & exactor
mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exhibis inde, do-
nec ultimū quadrantem reddas. Vere hoc est formidabile
uerbum cunctis qui leuāt grandes redditus ecclesiarū iniue-
ste. Aut si iusile leuāt, si tunc diligenter nō student orare,
& alia debita ecclesiastica facere prout tenetur. Vos autē
uenerabilis dñe, qui spiritu dei tactus, non dissolute, sed ca-
nonice uiuere uultis, supradictū Psalmiſlæ uerbū in princi-
pio positum, diligenter aduertite, scilicet, Sic psalmū dic am
nomini tuo in seculū seculi, ut reddam uota mea de die in
diem. Faciant alii quicquid uelint, uos iugiter ruminare huius
uersiculi efficaciam, & utinā in tantū uobis familiaris
iste uersiculus fiat & dulcescat, ut quoties campanæ soni-
tum auditis, deuote eum submurmuretis, dicendo sic, Psal-
mum dic am nomini tuo. Hoc enim suave colloquium inter
deum & animam deuotam non in uacuum transfibit, sed
magnam gratiam reportabit. Potest etiam iste uersiculus,
secundum quosdam expositores sic ordinari, Retrograde
enim legatur in confituendo, uidelicet, Sic reddam uota
mea de die in diem, id est, per singulos dies, ut psalmū
dic am nomini tuo in seculum seculi, id est, merear te lau-
dare in æternum. Et hic sensus esī planior quam primus,
uterq; tamen bonus.

Quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionem suam dirigere ad dñm deum. Ca. vi.

Pro cuius uerisculi maiori explanatione quantum ad propositum est aduertendum, quod duo possunt in eo considerari, quæ cilibet canonico bonæ voluntatis, aut vicario, sive parochialis ecclesiæ rectori, uno vnicuique spirituali viro ac bonæ voluntatis Christiano sunt præcipue necessaria, cilibet secundū proportionē status sui. Primū est directio intentionis, secundū exequatio operis. Igitur loquendo secundū propositū nostrum, dicimus quod quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionem suā dirigere ad dñm deum, ut quicquid facit, ad gloriā dei ordinet, et hoc notatur, cū dicitur, *Psalmum dicā nomini tuo.* Plures nāc psallunt et bona opera faciunt, nō ad dei gloriam, sed ad suam, querentes laudem ab hominibus aut lucrum temporale. Hи tales non solvant uota sua, sed furantur, quia illi cui debent, subtrahunt fullaciter, et sibiipsis reseruant, licet inutiliter, quia se querunt, et non dei honorem. Sed unus Christianus psalmū dicit nomini domini, non suo, quia considerat quod ex senihile est, et ideo domino totum tribuit, dicens: *Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* quicquid enim sumus, et quicquid habemus tu largiris, sine te ad statim in nihil redigeremur. Tu sine intermissione aspicis nos, et nunquam obliuisceris creaturarum tuarum, et quia à te es̄ti totum nostrum esse et posse, et scire et quicquid habemus. Ideo merito tibi à nobis debetur omnis laus, honor, uirtus et gloria et gloriarum actio nunc et in seculum seculi, id est, in æternum. Vbi dicit sanctus Thomas in prima parte Summae

FORMVL A VIVENDI

q̄ deus est in creaturis non sicut calor in aqua, sed sicut sol in aere, quia remota aqua ab igne, adhuc manet ad tempus aqua calida, sed remoto sole ab aere, statim aer tenebret, nec quicq̄ luminositatis remanet: sic deus, si nō cōtinuo creaturā administraret, statim omnis creatura esse desinet. Et ergo merito uniuersa creatura debet esse parata iugiter ad obediendū suo creatori, sine quo nec ad momentum esse potest. Et hæc est principalis causa & primaria, quare deo soli debetur honor & gloria, quia ipse est à nullo, sed omnia ab ipso sunt.

Quilibet canonicus aut uicarius debet aduertere quibus et qualibus debitor sit iuxta uocationem suā, & hoc, ad quod tenetur, debet ope implere. Ca. vii.

Hec autem contemplatio iocunda in libro creaturas rū in immēsum extēdi potest, nec doctore opus habet, quia quasi uiolēter ingerit se humanis sensibus, ita ut in excusabilis sit omnis homo. Vnde dicitur in Iob: Interrogauimēta terræ, & docebunt te. Hinc secundū Apostolū: que cunq; facimus, siue comedamus, siue bibamus, siue aliud quodcūq; faciamus, omnia quidem ad dei gloriā faciamus. Hoc autē nobis est utile, nō ei, quia nullius eget. Secūdo etiā quilibet canonicus aut uicarius debet diligēter aduertere, quibus & qualibus debitor sit iuxta uocationē suā, & hoc diligenter opere adimplere ad quod tenetur prout melius poterit, quia sibi nō sufficit generalis quædā bona uolūtas, siue operis executione, sicut dicit dñs in euangelio: Nō omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnū calorū, sed qui facit uoluntatē patris mei. Et iterū: Qui custodit manda mea & seruat ea, hic est qui diligit me. Est autē dei mand

datum, ut reddamus omnibus debita. Est autem quilibet canonicus triplex debitor, scilicet deo, sibi, et proximo, de quibus multa scripta in sanctis libris reperiuntur. Sed quamcum ad praesens sufficit arbitramur, quod omnibus legaliter satisfaciat, si diuinum officium debite persoluat. Si autem aliquid ultra facit, illud supererogationis est, et hoc iam quod dicimus, vocatur debitum ecclesiasticum, sed si aliunde se obligauerit ad partem, ad quod eum ecclesia non astringit, hoc vocatur debitum personale, ad hoc etiam tenetur, si licitum fuerit et honestum.

Valde multa ad hoc requiruntur, quod aliquis rite officium diuinum persoluat, et quod aliquis dignus habeatur diuinis interesse. Cap. viii.

Igitur tota intentio debet ad hoc tendere, ut officium ecclesiasticum rite persoluat. Et hoc tangitur in secunda parte cula predicti uerfuli. s. Reddam uota mea de die in die. Quae uerba multa includunt, quia ualde multa requiruntur ad hoc, quod aliquis rite diuinum officium persoluat. Sicut et iam vulgariter dicitur, quod plura necessaria sunt pauperi antequam dives fiat, etiam plura necessaria sunt unicuique homini antequam dignus habeatur diuinis interesse mysteriis, etiam beatissimis angelis pauendis. Hoc ideo sancti concorditer dicunt, quia est ultra hominem divina tractare, immo ultra omnem creaturam. Et ideo diuinum officium iniungitur ecclesiae ministris, et principiis episcopis et presbyteris qui ab hoc Hierarchi dicuntur, id est, sacri principes diuinorum mysteriorum. Alii ministri, quia his sociatur, et ad tam etiam paucida sacramenta subserviunt sedule omni sanctitate et puritate fulgere debent, ut dicit beatus Augustinus, Contemplandi quid sit sanctio populus dei praesesse, et considerate quale sit, sacramentis diuinis

FORMVL A VIVENDI

inſiſtere. Altario placere debent qui de altario uiuant. Et Episcopus inſtruendo ordinandos, dicit q̄ cū magnō timore eſt ad ſacros ordines procedendū atq̄ prouidendū, ut coeſis ſapientia, probi mores, & diuina iuſtitia obſeruatio ad id electos commendet. Ecce uenerabilis dñe, qualia ſunt uota, & qualia eſſe debent quæ reddere oportet de die in diem quemlibet eccleſiaſticum. De his beatus Gregorius pulcherrimum librū ſcripsit, quem omnino ſuadeo ſæpius legatis, ſcilicet Paſtorale, in quo inuenietis ultra q̄ dicere naſeo, cūctā ſaluti ueſtræ neceſſaria. Summa nanḡ diſcretione ſingulis (iuxta qđ expedit) ſalutares largitur doctriṇas. Si aliqua de antiquis obſeruatiis ecclieſe ſunt collapſa, poſteſt canonicus laborare pro reformatione eorū, uel i domo propria ſupplere illa p alia exercitia ſpiritualia. Ca. ix.

DE quotidiano autem exercitio ſpecialiter nihil ſcribe re poſſum, niſi quod iuxta laudabile ueſtræ ecclieſe conſuetudinē uos regatis in horis nocturnis pariter et diuinis. Quod ſi aliqua de antiquis obſeruatiis collapſa ſunt, po teſſis quantū gratia uos adiuuerit laborare pro reformatio ne eorundē. Si audire alii noluerint, tunc quantū ad ueſtrā per ſolia exercitia ſpiritualia, iuxta conſilium discreti uiri.

De regula canoniconorum ſecularium, quæ in quibusdam ecclieſis habetur. Cap. x.

HAbetur etiam in quibusdam collegiis regule quędā canoniconum ualde bona, olim in concilio Aquenſi edita, & collecta ex dictis sanctorum. Sed nullum ſcio col legium hodie, in quo ita ſeruetur ſicut in ea ſcriptum eſt. Et propter hoc quidam dicunt q̄ abolita ſit. Forte hoc uerū

est quo ad aliqua, scilicet refectoriū, dormitoriu, & similia positiua, sed quo alia quae sunt iuris diuini stabilis est et manet in eum. Ratio autem quare tam salubris regula abolita sit, supra dictum est, quia pauci sunt, qui submittere volunt cernices suas iugo disciplinæ, sed omnes libertatē affectant. qui hanc formulam studiose seruauerint, etiam in seculo manentes, religiosam vitam ducere possunt.

Cap. xi.

VOS autem venerabiles dñi, qui per viam illam incedere vultis quæ arcta est, et ad vitam dicit, per quæ pauci ambulant, diligenter eidem regulæ mores vestros conformate, quia optima est ex elegantissimis sanctorum doctrinis cōposita, & ita discrete procedit, ut cuilibet bonæ voluntatis uiro bene sit portabilis. Et quia forte nō nulli sunt vobis qui libros istos, aut non habent, aut propter paupertatem sibi procurare nō valent. Igitur ne illis charitas nostra deficit, aliqua hic annotare breviter ex eisdem & aliis deo-
tis libris intendimus, per quæ suam cōuersationem regulare possint, ut coram deo & hominibus in sanctitate proficiant. quod si studiose hęc obseruauerint, absq; dubio etiam in seculo manentes, religiosam uitam ducere possunt. Hoc autem præmittendum est, q; secundum diuersas temporum usages, diuersi modi viuendi in clero fuisse narrantur, de quibus Gratianus in Decretis plura collegit, præcipue in cap. xii. quæstione prima & aliis locis multis. In primitiva siquidem ecclesia nullus ad clericatum aut sacros ordines admittebatur, nisi magna sanctitate cæteros antecederet omnino a conuersatione laicali segregatus, summaq; religiositate præfulgens. Nam tanta crudelitate & seuitia pas-

G 444

FORMVL A VIVENDI

gani tunc fidem persequebantur, vt præsse nemo vellet nisi
 valde perfectus, quia teste beato Gregorio: quicunq; erat
 prior in dignitate, prior trahebatur ad martyriū. Stetit au-
 tem hoc tempus annis penè trecentis, vsq; ad Sylvestrum et
 Constantī magnum, in quo penè nullus honor & reueren-
 tia fidelibus deferebatur, quia tunc erat apud vulgares scan-
 dalosum esse Christianū, sed postq; Constantinus magnus et
 alii principes templo idolorū subuerterunt & baptismū sus-
 ceperunt cœpit Christianū nomen in gloria esse apud com-
 munem populum, & prohibitæ fuerūt occasiones fidelium, vn-
 de tunc fides maxime creuit. Idem autem Imperator volens
 ecclesiasticos in honore esse maximas possessiones ecclesie
 cōtulit, vnde clerici & pauperes sustentarentur, quatenus
 cōmodius diuinis interesse possent, et pro cōmuni populo di-
 ligentius orarent. Similiter et alii principes in diuersis locis
 fecerunt, et extūc ecclesiastici ab his operibus vacare cōpe-
 runt, & sedule diuinis infūlere viuentes de eleemosynis fr̄
 deliū. Videntes autem sancti patres quod grandis cōflueret
 multitudo, & quod sine aliquo utili labore & occupatione
 cobabitare nō possent, ecclesiasticum officiū regulas varias
 & diuersos viuendi modos instituerūt, vnuſquisq; prout ſi
 ritus sanctus illi dabant. Nam beatus Hieronymus diuinū of-
 ficiū ordinauit. Ambrosius hymnos et cantū superaddidit,
 Pachomius, Basilius, Augustinus, & alii regulas ediderūt.
 Maxima quoq; tunc sanctorum hæremitarū et monachoruſ mul-
 titudo extitit. Fuitq; tunc vix aliqua differētia inter religio-
 nos & clerum, quia nondum erat iſta solennis professio insti-
 tuta, quæ hodie in monasteriis frequentatur. Veſi ſuccēſſu
 temporis & charitate frigescente hac generalis sanctitas

valde cœpit declinare singulis abeuntibus post cōcupisen-
tias suas, in tantū q̄ cœpit diuisio apparere inter ecclesiastī-
ros. Ita q̄ quidā nominabant se canonicos, quidā monachos
prætextu cuius magna superbia & auaritia in clero surre-
xit. De quibus Gregorius s̄æpe mētionem facit in dictis suis,
& alii. Huic autem p̄fūferæ abusioni sancti patres occurre-
re volentes, & cleb̄ ad pristinum statum prouocare cupien-
tes, regulam q̄dam canonicoꝝ in cōcilio Aquensi tempore
Ladouici Imperatoris magno cū moderamine ex antiquoꝝ
dictis collegerūt, præcipientes, ut qui in monasteriū vivere
monachico more nō vellent, huius regulæ institutis omni cō-
sciētiꝝ securitate se tradere possent. Sed rursū ab hac sancta
regula ita desperabiliter ecclesiastici nūc defecerunt, ut vix
aut nullo modo possibile sit, q̄ vnq̄ reduci possint, ipleturq;
hodie illud propheticū: Et erit sicut populus, sic & sacerdos.

Canonicis & vicariis bonæ voluntatis malitia huius tē-
poris obesse non potest, faciant melius quod possunt, & soli
citate ambulent cum deo suo & salui erunt. Cap. xii.

VERI qui bonę uolūtatis sunt, illis malitia tēporis obes-
se nō potest. Faciat melius qđ possunt et solicite am-
bulēt, cū deo et salui erūt, quod vt facilius possint, septē solici-
tudines, circa quas bōavolūtas occupare se debet, aduertēt.

De debita exterioris hominis compositione tam in los-
quendo quam comedendo. Cap. xiii.

SOlicitudo igitur prima bonæ voluntatis ad hoc tende-
re debet, ut exteriorē hominē debite cōponat, tam in
loquēdo q̄ comedēdo, bibēdo, ambulando, etc. quatenus qui
cunq; mores ipsius cōsiderat, ædificetur & dicat: Ille est dis-
ciplinatus vir & utilis in officio ecclesiastico, quia omnes

FORMULA VIVENDI

sanctam vitam in eo vident. Hæc autem compositio morum inter simplices & mundane vitæ homines maxime est necessaria, quia faciliter scandalizantur, quando n̄t parum clericis ad libertatem extrinsecum declinant. Ecōtra autem, q̄d videt eos mature incedere, et timorate cōuersari in omni cōstitate et sobrietate, tūc maxime edificatur et veneratur eos.

De sobria mēsa et cibis simplicibus, mediocribusq;. Cap. xiii.

Sit igitur mensa frugalis, de cibis simplicibus, non nimis delicatis, nec nimis grossis, sed medie temperatis, quia hoc expedit ad sanitatem corporis.

De Ieiuniis temperatis. Cap. xv.

Ieiunia sic temperare studeat, ut non lasciviat, nec etiam deficiat in seruitio domini. Hoc namq; tentator omnino nititur persuadere, ut aut nimis homo repleat uentrem, aut etiam indiscretē abstineat, sed medium est tenendum.

De habitu. Cap. xvi.

Sit habitus humilis, non nimis vilis nec nimis pretiosus, sed mediocriter honestus sine omni curiositate, longus & amplius, ne forma corporis more secularium appareat foris. Potes̄ autē duplē vestitū seruus Christi habere, unum meliore pro diebus festiuis, aliū deteriorē pro diebus feriabilibus. Color autem sit niger, vel griseus, vel etiā blauius, sed non sanguineus aut subuiridis ut non dicatur ei, quod diabolus improperebat cuidam: Si plus posses, plus faceres.

De loquitione. Cap. xvii.

Sint verba pauca, rationabilia & utilia, non vana, non otiosa, non superflua, non risoria, non detractoria, non scurrilia, non maledicta, non inuercunda, non litigiosa, non clamorosa, sed suavia, religiosa & gratiosa, ut dicit Salomon:

Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratia autem suorum effundetur. Item: Verbum dulce multiplicat amicos, sermo autem durus suscitat furorem. Item Hieronymus: Bea ta lingua est, quae non nouit, nisi de diuinis sermonibus texere. Verum non haec sic sunt intelligenda quasi nunquam sit licitum vii verbis iucundis et solatiofis, quia secundum omnes morales, Vir sapiens et timoratus pro loco et tempore potest virtuose aliquando rigorem remittere, et hoc maxime pertinet ad verba iucunda, in quibus haec debent omnino: vitari, ut scilicet non sint in honesta, nociva aut detractoria. Et haec remissio debet fieri, quando omnia seriosa sunt per soluta loco et tempore debito, et cum talibus personis, quae ex hoc non scandalizantur, et tali intentione, ut hac re creatione fortius ualeat ad seriosa virtutis opera redire. Exemplum horum legitur de sancto Iohanne Evangelista, et de sancto Antonio, quorum haec sententia est, quod expedit aliquando contemplationem intermittere propter infirmitatem naturae, ut postea melius ad spiritualia uidenda animus redire ualeat, sicut arcus distentus fortius ictulum proiicit, quam qui sine intermissione tensus tenetur, unde Augustinus dicit: Volo tandem ut tibi parcas, Nam sapientem decet interdum remittere mentis aciem rebus agendis intentam.

Medium semper est tenendum. Cap. xviii.

Et sicut supra dictum est de ieunio, sic et hic de hoc solatio virtuosopisci potest, quod diabolus nititur homini: Idu cere ad duo extrema, scilicet ut sic feruenter bonis operibus inficiat, quatenus totaliter inutilis fiat, uel quod sine intermissione ludis ac solaciis uacet, et alia bona opera negligat.

FORMULA VIVENDI

Sed mediū est tenēdū, et hæc regula optima est, et ubi p applicāda, quia uirtus in medio cōficit. Iuxta illud: Ne quid nimis, ne quid minus. Mediū tenuere beati. Et teste bīo Bernardo: Discretiō ē auriga uirtutū, sine qua virtutes sūt uitia.

De reformatione interioris hominis. Cap.xix.

S Olicitudo secūda bonæ voluntatis ad hoc tendere desbet, ut etiā interiorē hominē reformare studeat, ut scilicet uelit quæ deus vult eū velle, sciat quæ vult eū deus scire, et recogitet siue memoretur quæ uult eū deus cogitare. Et hic est maior labor, neq; vnius diei, sed qui nunquā incipit, nunquā perueniet. Igitur inuocato diuino auxilio totas liter nos propter imminentē talem necessitatē ad hoc opus præcingamus. Magni nāq; meriti est huic negocio infusa re, quāuis nō pro voto idipsum acquiratur quod intenditur. Sciendum est igitur, q; internus noster homo triplici morbo est infectus, id est, tria semper cōcupiscit, quæ semper debet spernere. Et hic oritur omnis illa difficultas proficiendi in virtutibus, quā boni viri sentiūt, etiā usq; ad mortē qdā maius, qdā minus. Hoc est quod dicit beatus Paulus: Video aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meq;. De bello legis dei cōtra legē diaboli in uno homine. Ca.xx.

Ecce bellum mirabile in homine, unū contra unū. Lex dei contra legē diaboli. Lex dei dicit: Cōtemne omne quod est in mundo et adhære præceptis dñi creatoris tui. Cōtra lex diaboli dicit: Nihil sūt tibi curç de inuisibilibus, sed stude delicias corporis tui habere, et honorē huius mundi, et diuicias ad omnē copiam. Iterum lex dei dicit. Cave ne audias eam, sed mihi obtempera, quia omne quod est in mundo, vanū est, nec mundus te iuuare poterit nec seipsum.

Contra lex diaboli dicit: Ne permittas te decipi, quæ omnia
gratia sunt: ego aut habeo tria quæ tibi sunt utilia valde et
delectabilia, scilicet omnia concupiscentia carnis, et oculorum
trobi, et pompæ huius seculi, exerce te in iis et felix eris.

De triplici concupiscentia. Cap.xxi.

Ex hoc triplici radice oritur omne malum, et ideo primus
labor hic debet inchoari, ut hec triplex concupiscentia
carnis, videlicet oculorum et vanitatis quod est superbia vitæ,
non quidem radicus extirpetur, quod est impossibile, sed cœcul
etur, ne herbâ peccati germinet: sicut videmus quod via quæ
frequenter pedibus teritur, non producit gramina, quis radis
est intus habeat, sed si non calcatur, tunc statim virescit. Sic ani
ma quæ semper exercetur in via mandatorum dei non producit
mala opera, quis inclinatione malâ intus adhuc habeat, sed si
repescit ab operibus bonis, tunc concupiscentia mala quæ in
tus dormiuit, evigilat, et in opus præsum foras erumpit.

De elongatione ab occasionibus concupis
centiarum. Cap.xxii.

Tgitur studiose præcauendū est, si homo ad internā pacem
cupit peruenire, quod elonget se ab omnibus occasionibus,
quæ has concupiscentias solēt prouocare, sicut boni religiosi fa
ciunt, qui per castitatem et ieunia et disciplinas et uigilias
ac labores quotidianos mortificant concupiscentias carnis, et
maxime fugiendo otium et familiaritates et colloquia mus
tlerum et per paupertatem voluntarii mortificant concupisce
ntias oculorum, per obediētiā et subiectionē mortificant appes
titum superbe inclinationis huius seculi cui proxima est oc
casio omnium peccatorum quæ dicitur libertas secularis, quæ
nullo ingo discipline uult subdi, Contra insidias vitiorum,

FORMVLA VIVENDI

quod periculosisimū est, sicut aperte apparel de milite insano et fatuo, qui cū aliū percutere non potest, insuper nec sibi ipsi prouidere vult, ut armis se muniat contra hostium tela, huic nihil restat, nisi mors acerba et finis sine honore. Sic omnis homo (qui in uia dei uult ambulare secundū propriā uoluntatē et nō præcauet sibi ab occasionibus peccatorum) periclitabitur. Et datur exemplū de David, qui idcirco in adulteriū cecidit, eo q[uod] oculos non custodivit, et in numeratione populi similiter grauiter deliquit, qa informari nosluit. Si in his tatus propheta cecidit, quid nobis faciēdū est, nisi ut tota diligētia custodiamus corda et corpora nostra? Similia multa de aliis legūtur. Pax igitur cordis, tūc acquiritur, quādo mens gratia fortificata uitiosam inclinationem compescit, ne malū quod cupid, possit perficere. Non autem potest homo ex propriis viribus et de communi gratia, internum bellum penitus sedare, ut nunquam malas incitationes aut immisiones sentiat, sed potest in tantum proficere, q[uod] huiusmodi leuissime vincat. Et datur exemplum de principe aliquo mediocri, qui et si nō potest hostes suos expellere de patria sua, potest tamen eos ligare, captiuare aut humiliare, in tantum q[uod] nunquam sine suo consensu aliquod dominium aut tyrannidem in ea exerceat. Hinc dicit beatus Paulus, quod non debeat peccatum regnare in mortali corpore nostro, quasi dicat: Et si non potestis facere ut nō sit, tamen facere potestis ut non regnet.

De duplii remedio contra peccatum. Cap. xxiii.

Ecce duplex remediū contra peccatum: unū, ut se elonget homo bonę voluntatis ab occasionibus peccatorum; Aliud ut continue et feruide operibus bonis inficiat.

quod homo regulam uiuendi sibi eligat iuxta suæ naturæ et sui status congruentiā. Cap. xxiiii.

Solicitude tertia bona uoluntatis debet esse, ut ex prædictis duobus, scilicet ex debita cōpositione exteriorū monitionis, et interno exercitio spiritualis deuotionis aliquā sibi regulā uiuendi eliceat, iuxta sui status et naturæ congruentiā, quā regulā uniformiter obseruet, et in ea usq; in finem laudabiliter perseveret. Hoc nāq; est omniū sanctorum patrū consiliū, cuius etiam exemplum in omnibus penè quæ sub cœlo sunt, videmus. Omnia nāq; habent naturā, et modum et consuetudinē et ordinem, sicut patet in sole, luna, stellis, plantis, bestiis, et aliis (quæ secundū naturam sunt) uniuersis q; pulchre q; ordinate, q; perseveranter et uisfors miter cuncta procedunt et redeunt, currunt et recurrunt, crescunt et decrescant. In solis aut̄ humanis moribus irregula ritas cernitur, et quia etiā nec ex natura, nec ex industria habet homo, vt suos actus regulare meritorie possit, sed ex dei gratia, ideo confidere sibi nullatenus debet, neq; sibi ascribere si aliquid boni fecerit, debet tamen facere quod in se est, vt tota natura et industria gratiæ cooperetur ne vacua in se maneat, Igitur natura p gratiā nobilitata initium est bonæ uitæ. Hanc communiter dicunt sancti patres, bonam uoluntatem. Voluntas nanque dicitur totus homo, propter imperium quod habet super cæteras uires, et ideo in ea ponitur totū pōdus meriti et demeriti. Si homo consentit bono, meretur: si malo, demeretur. Si bono cooperatur, amplius meretur: si malo, amplius demeretur. Ex quibus patet, p homo bonę voluntatis potest iugiter mereri, q; diu est in statu uitæ. Ratio est q; potest actualiter bono cōsentire,

FORMULA VIVENDI

aut in bona occupatione se tenere. Hoc autē fit, quādo regu
lariter viuēdo omnia opa sua ordinat ad gloriā dei, sic aut
aliter dicendo : Iam uolo dormire uel comedere uel hoc uel
aliud facere tali intētione, sicut hoc merito verus Christia-
nus facere debet. Et cupio in omnibus placere deo. Exēplum
huius datur de bonis religiosis, de quibus firma sententia est,
q̄ sine intermissione merētur, quia semper sunt in obediētia
aliqua, q̄uis non laborēt uel orent cōtinue, quia nec hoc re-
gula præcipit, sed quia se cōformant intentioni regulæ. Igi-
tur siue regula præcipiat siue cōsulat, aut laborandum, aut
quiescēdum, semper sunt in obedientia. Quare tam quiescen-
do q̄ laborādo merētur, quia vtrunḡ ad virtutem pertinet,
secundū q̄ hoc spiritus sanctus fieri mandauit. Læcta hāc for-
mam quilibet ecclesiasticus vir, siue paſtor fuerit parochia-
lis ecclesiae siue canonicus, siue vicarius ecclesiae collegiat̄,
aut alter qualiscunq̄ abstractæ vitæ de patrimonio viuens,
potest sibi legem statuere sanctoꝝ regulis cōformem, & se-
cundū illam vniiformiter viuere, sicut viuant religiosi secun-
dum regulas suas, juxta consiliū discreti uiri, in spiritualibus
experi. Hoc modo cunctæ religiones inchoatae fuerunt. Un-
de dicit beatus Bernardus: qui vult bene uiuere, stude at unū
diem bene instituere, deinde adiungat secundū, deinde ter-
tium, & sic de singulis, donec paulatim ad bonam consuetu-
dinem ueniat. Bona autem cōsuetudo, fortitudinem submini-
strabit, qua acquisita, efficitur homo naturaliter uirtuosus,
quia uetus est altera natura. Ita fiet quod primo fuit intolera-
bile per continuationem efficitur suave & quasi naturale,
dummodo à cōceptis nō defūsat. Qui autem uariis exercitiis
naturam suam distemperat, nunc illud nunc aliud gustādo,

nunq̄

nunq̄ erit homo solidæ sanctitatis, sed uagus & profugus super terram, sibi & aliis onerosus, & utilis nulli. Vnde dicit Helinandus, q̄ bene uiuere, est uniformiter uiuere.

quod homo suā doctrinā ad practicā ponat. Ca. xxv.

Sollicitudo quarta bonae uoluntatis esse debet, ut postq̄ est diligenter informata, quid sibi expediat & quid non, statim illud quod suae naturae & suo statui conuenies est, ad practicā ponat, sicut Sapiens ait: quodcumq; potest manus tua, in flanter operare. Multi nāq; decepti sunt hac tentatione, dicentes: Quid habes festinare, sufficit tibi uiuere, sicut ceteri uiuūt, propius esto tibi. Contra hanc tepidatē oportet fortiter dimicare unūquemq; qui in uia dei mult proficere. Qui autem tepidus est, ad charitatis augmentum non perueniet, sed si quid habet, hoc ipsum perdet, unde dicitur talibus per increpationem illud Nasonis: Militiae species amor est, discedite segnes. Ut autem aliquid exemplaris bonae uitę nouelli canonici habeant, dictariū quoddā breue hic adnotauimus, quod nihilominus in aliis deuotis lisbris & autenticis regulis plenius reperitur. Protestamur quoq; nullū præiudicū p̄ hoc uelle nos offerre, aliis diuersis uiuēdi modis perfectioribus quasi securū esset ab altioris uātē institutis ac regula ad hęc minima descendere, sed his quā adhuc instituēdi sunt, ista q̄uis exigua obesse nō putamus.

De dilectione dei & proximi. Cap. xxvi.

In primis igitur, secundum consilium beati Augustini, diligatur dñs deus super omnia, & proximus infra deum, & ad deum, & propter deum. Et ex ista dilectione & propter conseruandam & augendam hanc dilectionē omnia alia exercitia sicut tam spiritualia q̄ corporalia. Deinde

FORMVL A VIVENDI

Inuocato diuino auxilio, dicat hæc aut similia verba in oratione: Dñe qui me ex nihilo creasti, et usq; in hāc horā perduxisti, tibi gratias ago, rogans vt omnia præterita peccata mea deleas, et deinceps à peccatis præserues, vt reliquā tempus vitæ meæ tibi ualeam plene dedicare.

De confessione. Cap. xxvii.

ET quia teste Augustino, initū bonorum est confessio malorū. Ideo quilibet placere deo cupiens, studeat diligēter ad minus semel præteritā vitā discutere, et omnia integrē cōfiteri, de quibus eū consciētia remordet, quatenus securitate adepta, aīa quietior existat. Quod si ex toto yna vice nō possit se plene recolligere, tūc paulatim potest hoc supplere p tēpus subsequēs, donec serenitas oriatur i corde. De proposito obseruādi formā uiuēdi conceptā. Ca. xxviii.

Sæpe igitur concepta potest hanc professionem facere in oratione sua, Misericordissime dñe suscipe me ad gratiam tuā, et à malis uniuersis præserua, vt bonum propositum quod dedisti, usq; in finē meritorie valeam perdurre. Propono nāq; hanc vivendi formā obseruare quantū infirmitas mea mihi permittit, quatenus iuxta consiliū, sanctorum patrū, in statu gratiæ tuæ ingiter inueniat sive dormiam sive uigilē, sive comedam, sive bibā, sive laborē, sive quiescam, sive aliud quodcumq; faciā. Ita tamen q; si hūc vivendi modū in parte uel in toto dimitta, nō uolo alicuius criminis esse reus apud te, sed libere facere et libere dimittere prout placet. Si aut vult se voto obligare, tūc potest sic dicere: Promitto tibi dñe q; sic et sic uolo tibi seruire per hunc annū, uel duos, uel tres, uel omnibus diebus vitæ meæ, donec aliud melius inspires et c. sed hoc ego nō confuso q;

huiusmodi uotum leuiter emittat; nisi cum magna delibera-
tione & prævia experientia, quia quis sit maxime merito-
rium, tamen in libertate ista qua communiter ecclesiastici
nunc uiuunt, exceptis religiosis, uix est possibile q[uod] continue
vnus modus uiuendi à quoq[ue] possit seruari, sicut apud reli-
giosos fieri solet. Verū faciat unusquisq[ue] iuxta gratiā sibi
desuper datā. qui parce seminat, parce & metet. Cū uertat
se etiā toto corde ad beatam Virginem, & ad propriū an-
gelum, & ad alios sanctos ad quos eum deuotio, magis inclinat
pro implorando auxilio cōtra spirituales nequicias,
quia quando antiquus hostis percipit q[uod] aliquis vult sibi à
peccatis cauere & ad deum se conuertere, tunc fraudes
multiplicat, sed qui in domino sperat, cuncta superat.

Qua hora surgendum sit. Cap. xxix.

Sollicitudo quinta quam habere debet homo bona uos-
luntatis iuxta propositum nostrum, hoc est, ut secun-
dum apostolicam doctrinam per singulos dies exhibeat cor
pus suum hostiam uiuentem, beneplacitum, rationabile ob-
sequium suū, ut sicut seruauit prius peccatis in immunditiā,
sic iam studeat seruire iustitiae in sanctificationem. Ad dei
ergo gloriam taliter potest se insituere, q[uod] sic dormitum
eat de sero, ut euigilare assuecat de mane hora tertia, &
surgens aliquid boni medetur, uidelicet de futuro iudicio,
quomodo tunc omnes euigilaturi sumus. Deinde uelido
se potest aliquid boni legere, Psalmum: Quid multiplicati
sunt &c. aut aliud quod placet. Et si aliqua illusione se me-
nit pollutum, percutiat pectus suum cum proposito con-
fitendi, aspergendo se aqua benedicta, & sic ad oratorium
uadat, & debitum suum soluat, sicut melius potest.

FORMVLA VIVENDI

De horis beatæ uirginis. Cap. xxx.

Solent cōmuniter deuoti ecclesiastici permiscere horas beatæ virginis Mariæ horis canonice singulas sanguinis. Persolutis ergo matutinis de beata Maria uirgine, si ali quod tēpus habet ante pulsū matutinarū de tēpore, potest se spūaliter occupare in bonis meditationibus, de passione dñi, qualē noctē agnus ille māsuetus pro nobis p̄tulit, &c.

De pulsu ad matutinas. Cap. xxxi.

CVM aut̄ ad chorū pulsatur, statim exeat uenerabiliter cū oī grauitate & alacritate, ne cū ultimis ueniat, Quomodo homo se habere debeat in ingressu ecclie & chori. Cap. xxxii.

Intrando ecclesiā se humiliet, quantū potest, dicens cū publicano: Dñe, propitius esto mihi peccatori. Nō sum dignus accedere. Et sic accedat reuerēter inclinādo se ad altare & crucifixū, & maxime ad uenerabile sacramentū. Tandē ad stallū suū ueniens, cogitet quare uenerit, & cōsideret q̄ ad nihil aliud, q̄ ut in cōspectu sanctorū angelorū psallat dño. Et ergo fabulationes omnino uitet & signa ludi dicra, totusq; sit int̄ctus his quae tūc cātātur aut legūtur. Et memor esse debet, q̄ nō solū debitor est ad uerba distincta pronūtiāda uel audiēda, sed etiā tenetur facere debitā diligentiā ad intelligētiā & aduertētiā eorū quae proferūtur.

De distractione mentis. Cap. xxxiii.

TNsuper & præcauere debet, ne distrahatur, ita q̄ totū propositum suū fit, uelle totaliter se occupare cum diuinis, & si tunc distractio interuenerit, excusatur. Et q̄ cito deprehendit se alienatum, statim recurrat toties quoties. Finitis matutinis gratias agit deo, asscribēdo ei, si quid be-

ne fecerit, et de negligentius veniam petat. Et si tempus patitur, potest domum ire pro necessitatibus suis, semper illud obseruando, ut silentium seruet, donec missam celebrauerit vel audierit, nisi forte loquendo pauca verba pro necessitate occurrente vel utilitate.

De prima.

Cap. xxxvii.

ET deinde legat primam de beata Maria, praeparando se ad primā diei in ecclesia persoluendam, sicut supra de matutinis. Si vero tūc capitulum tenetur, diligēter se obseruet, ne in verbis excedat semper inuocando sp̄iritum sanctum, q̄a alias ibi citius peccatur, q̄ aliquod bonum agatur. Si tamen a iquid aperte cōtra deū, et iustitiā, et fraternā charitatē ibi dicitur, tūc benigne pro suo iteresse, dicat, sibi talia nō placere, dādo rationē suauiter ne alii scādalizētur. Quomodo canonicus in capitulo se habere debeat. Ca. xxxv.

ET est notandum, q̄ diabolus maxime nititur in capitulo lis furorem fuscitare ut missas subsequentes impedire possit. quare videtur q̄ negocia cōtentiosa alio tempore tractentur, ne deuotio celebrantium impediatur. Post capitulos lūmisi potest habere confessorem, libenter confiteatur.

De præparatione ad missam. Cap. xxxvi.

DEinde ad missam se præparet, siue celebrādam, siue audiendam prout secum dispositum fuerit. Et si celebratus est, aut cōmunicatus, tunc inquit potest, obliuiscatur omnī præteriori, et ad deuotionē se summo studio applicet, ut dignū est, quatenus tanti sacramēti fructus deo sibi propitio efficaciter percipere mereatur. Sunt præterea diuersorū patrum scripta de venerabili sacramento, et misericordiā celebratione, quodcumq; magis conuenit, hoc eligat,

FORMVLA VIVENDI

De tertia, sexta, et nona. Cap. xxxvii.

AD Tertiā, ad Sextā, et ad Nonā, deinde iuxta ritū est de Prima. Nec opus est hic plura documenta apponere pro uiris maturis, quae et qualia pueris in scholis propo- nuntur, ne dominis uenerabilibus iniuriam facere uideas- mur. Sufficit meminisse illius Ambrosiani, hoc est, pulchritu- dinem uiuendi tenere conuenientiam cuiq; sexui et perso- næ reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad om- nem actionem accommodus, et illius Augustini. In omnib; motibus nostris nil fiat, quod cuiusquam offendat oīpes- etum, sed quod nostram deceat sanctitatem.

De sobrietate prādii, et de benedictiōe mēſæ. Ca. xxxviii.

DEmum finitis diuinis, quādo prandēdi tēpus aduenit, cū omni sobrietate et gratitudine cibū sumat, semp benedicite pr̄mittendo flexis genibus, uel reuerēter stādo. Eleemosynam aliquā corporalē (si facultas adest) faciat, si militer et spiritualē, scilicet: De profundis cū collecta pro animabus i purgatorio detētis. Similiter pro afflictis et tribulatis aliqd potest breuiter mēte tractare, prout dñs dederit.

De modo in comedendo. Cap. xxxix.

MOdū in comedēdo teneat, quē B. Bernardus descri- bit, ut scilicet tractum cibū et potū sumat singulos morsellos bene masticādo, q; a tūc dulcius sapit, nutrit melius et digeritur salubrius. Oīno memor sit sanctorū angelorū p̄sentia adesse, i quorū cōspectu se reuerēter habere debet.

De lectiōne in mensa. Cap. xl.

FAciat etiā sibi aliquid legi de diuina scriptura, ut non sola fauce corporalem cibum sumat, et mens suo fere-

culo fraudetur. Si uero lectorē nō habet, tūc ponat librū ante se, & q̄tū potest, legat pro habēda memoria spirituāliam. De conuiuiis. Cap. xl.

Conuiua, & hospites, & nundinas & dedicationes, & concursus hominum, fludeat evitare, quia teste beato Hieronymo, Sunt quasi quedam catene uoluptatis, & qui talia diligit, Christo disperdit. Si tamen hospites pauperes aut religioses habuerit, aut uiros boni testimonii, qui eum à bono proposito non retrahant, laudabile est.

De alia abstinentia à carnibus, ouis & lacticiniis. Cap. xlii.

Ter in qualibet septimana ecclesiæ ieuniis, exceptis à carnibus potest abstinere. Itē sextis feriis à lacticiiis, & ouis abslineat, nisi infirmitatis, aut alia causa ratiōnabilis obſistat.

De gratiis facto prandio dicendis, & de dolendo propter excessum in cibo uel potu. Cap. xlii.

Facto prandio, gratias dicat, simul dolēdo si in modo à mēsura excessit, quia secundū sententiā R. Augusti ni. Raro potest debita mēsura seruari. Ait enim: Certo quotidie aduersus manducādi cōcupiscentiā & bibēdi, & quis est qui non rapitur aliquantulum extra metas necessitatis.

De dormiendo post prandium. Cap. xliii.

Deinde potest pro recreatione quasi spaciando trāfī dre sine magno motu, quia hoc est sanū. Ecclesiastici enim qui uolunt solicite suum officiū exercere, non habent tempus pro grossis operibus faciendis. Et ergo debent se diligenter regere in dietis quotidianis, ne in diuino officio inhabiles fiant. Post hæc si naturæ sue conuenit, potest parum quiescere, & maxime in aestate ne caput grauetur.

FORMVLA VIVENDI

Quid faciendum sit post dormitionem vel spaciatio-
nem usq; ad vesperas. Cap. xlvi.

REliguū tempus usq; ad vespertas potest libere expendere, sicut placet, videlicet, scribendo, legendo, car-
pentando, aut in hortulo aliqua plantādo, sive cū familia col-
loquēdo, de cura rei familiaris et necessariis domus, semper
illud obseruādo, ne cor nimiū elongetur à deo, qd alias diffi-
cultur redibit in pristinā deuotionē. Si autem sentit se graua-
tum, tūc potest honesta colloquia & solatia admittere, sicut
supra dictum est. Cum autem vespertinū tempus aduenerit,
tūc præparet se, sicut dictū est de aliis horis. Similiter de Cō-
pletoriis suo modo iuxta ritū, & morem ecclesiæ suæ &c.

De Cœna.

Cap. xlvi.

DEniq; si cœnādū ē procedat, sicut dictū ē de prādio.
De collatione quando ieiunatur. Cap. xlvii.

Si vero iejunium extiterit tūc secundum consuetudinem
potest aliquid parum gustare, sive de speciebus, sive
de torta cum potu competenti.

Quod sobria sit cœna.

Cap. xlviii.

SEmp tamē obseruādū est, qd cœna frugalis fit et sobria;
alioq; multa incōueniētia sentiet. M: R: est dicere, quo-
modo nōnulli de eleemosynis pauperū vētrē replent ultra qd
digerere possunt. quod si gratis huiusmodi delitiæ darētur
forte simplex malū esset, scilicet corporis debilitatiō. Nūc au-
tem animē grauamen accrescit, pro eo p vix aliq; potest sa-
tissimacere pro eleemosynis, etiā si tātū extremū victū et vesti-
tum inde fusciperet. quid ergo de iactura hac tā grādi toe
spular; et deliciaz. De hac sunt horrēdæ sentētię beatī Hie-
ronymi et Bernardi; Verū quilibet onus suum portabit.

quod quidam post cœnam non loquuntur. Cap. xl ix.

Completo denique die quorundam mos est, quod nihil post cœnam loquantur, sed ad oratorium fessinat pro exercitiis spiritualibus, et hoc videtur satis perfectum, nec omnibus datum est, qui post facere, faciat.

Non est inconueniens post cœnam cum familia honeste recreari. Caput L.

Si autem honeste recreari voluerit cum familia non est inconueniens.

Antequā ad lectum se ponat homo, colligat, quomodo diem expenderit, et de negligentius ueniā petat. Cap. li.

Quo facto anteque lectum petat, diligēter se recolligat, quomodo diem expenderit, de negligentius veniam petendo, et si aliqua notabilia peccata (licet uenia sua) inueniat se admisisse diligēter ascribat, ne obliuiscatur, ut in crastinum ea cōfiteatur. De bene autem gestis gratias agat, simul rogans deum, ut futuram noctem sibi salubrem, et in puritate et castitate, et sine omni damnorum infestatione periculosa transire concedat, quatenus iterū mane surgens, denuo ipsum cum omnibus sanctis laudare mereatur. Iacēs in lecto, aliquid boni cogitet, donec obdormiat. Ca. lii.

IAcens etiam aliquid boni siudeat cogitare, donec simul cum sancta cogitatione obdormiat.

De perseverantia in bono. Cap. liii.

Solicitude sexta timorati viri iuxta formulam illam esse debet, pro perseverantia in bono quod incepit, secundum illud saluatoris: qui perseverauerit usque in finem, hic salvus erit. Vnde dicit B. Gregorius: In cassum bonum agitur, si ante uitę terminum deseratur, quia frustra velociter cursu

FORMVL A VIVENDI

rit qui prius quam ad metam venerit, deficit. Variis namque modis nititur antiquus hostis quemlibet impedire, ne bonum inchoet; sed multo amplius, ne inchoata consumet, sciens, quod sola perseverantia coronam meretur.

Vitandae sunt occasiones recidiuandi. Cap. liii.

Hinc apud religiosos (qui in schola virtutum quotidie versantur) penitenter inhibentur omnes occasiones recidiuandi, scilicet quod non debent cum personis secularibus conuersari, etia sub praetextu pietatis, quod non debent egredi sine notabili causa foras monasteriorum. Insuper et voluntarie magna poenas sibi imponunt, si hanc et alia transgrediantur. Professionem etiam solennem faciunt in conspectu ecclesie pro quadam confirmatione omnium que in regula traduntur; quatenus vniuersi sciant, eos debitores omnium que in ea scripta sunt. Ecce quod suspecti sunt habendi qui contrarium docere volunt, quod scilicet obseruati*e* regulares sunt minus perfectae, propterea quia necessari*e* cogant ad bonum, non enim videntes quod sit prona humana infirmitas ad malum etia posse votum. Sancti namque patres multiplici experientia edociti, huismodi regulas et statuta penalia ex instinctu spiritus sancti ediderunt, ne filii eorum deinceps occasionem inuenirent res deundi ad vomitum. Vnde dicit beatus Hieronymus: Primum spiritualis operis si non sit matura prouisio, solet subsequi quoddam carnale, dei templo, spiritus sancti vasa, nisi diligenti seruentur custodia, proflibula sunt.

De temptationibus. Cap. lv.

Facit quia ita sunt, summopere timendum est sepe diuisis canoniciis aut vicariis, ne ab initio decipiatur propter vit*e* libertatem. Tanto enim plures occasiones habet dia-

batus eos tētandi, quanto sunt magis indifferētes ad omnia.
Si tanto periculo dimicant cū eo boni religiosi, qui summa
cautodia sunt prāmuniti, quid putamus laboris habebūt, quē
penē soli sunt cū eo conflicturi? Ve: non ista dicimus quasi
soli religiosi securi sint et alii non, cū scriptū sit: Fidelis deus
qui nō permittit suos tētari vltra q̄ sufferre possunt. Sed ad
auisandū de magnitudine periculi, quia reuera vt cetera ta
ceamus, plurimos vidimus deiectos. asluita serpentis, quos
bonum nimiū spectabiles reddebat. Nec mirū, qui enim (vt
plerunq; accidit) de via peccatorū cōuertitur ad statum pœ
nitentis, nec in schola virtutū exercetur, nec magistris ido-
neos habet, aut si habet, non omnino perfecte eos audit, &
quotidie tot scandalū & exempla mala ante oculos cernit.
Et q; circumvolantes spiritales nequitas patitur. quid inq;
mirum si talis faciliter relabitur in id quod deseruit. Multa
igitur solicitudine opus est pro perseverantiæ dono, quicun-
que igitur præscriptā formulā aut aliā tenere voluerit, non
putet id se suis viribus posse quantumcunq; etiam facilis ap-
pareat, sed ad dominum iugiter clamet, vt ipse det bonum
initium, melius medium, & optimum finem, & si gratia ar-
riserit, semper sit pauidus ne eam amittat.

Cum anima fugere incipit ad Iesum, statim irasci
& scuire incipit inimicus. Cap. lvi.

Q Via teste Augustino: Magnū est donū, quando de te:
Et at bonum, alioquin nisi diuina misericordia iugum
alleuiauerit, importabile esset, Vnde Origenes: An-
teq; sermo dei audiatur, non est tentatio uel tribulatio, sed
vbi signum belli, prædicationis tuba ostendit, tribulationum
pugna insurgit. Hoc autē quare sit, dicit beatus Augustinus

FORMVLA VIVENDI

Quia cum anima incipit confugere ad Iesum, statim cōtra eam irasci, & scuire incipit inimicus. At ubi anima quae vi tuis seruiebat ad culmina virtutū se contulerit, persecutio nem patitur vitiorum. Hinc scriptum est: Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animā tuam ad temptationem. Veruntamen iste timor & labor non sine gaudio est, sicut beatus Iacobus dicit.

Adhuc de temptationibus. Cap. lvii.

OMNEM gaudiū exsilitate fratres cū in varia tentationes incideritis. Hinc Hieronymus ait: Nullū puto in hac vita sine temptatione vivere, cui fortel si vna tollitur, mox aliā securius expectet. Hoc aut̄ debet esse consolatoriū vniuersis, qui temptationibus exercētur, quod dicit beatus Gregorius: Hostis noster quāto magis nos sibi rebellare conspicit, tāto amplius expugnare cōtendit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Et illud Augustini: Nō est maior tentatio, q̄ nulla temptatione pulsari. Hinc dicit sanctus Thomas notabile verbū: Multi grauiter ceciderunt in aduersis, sed multo plures, & multo grauius ceciderūt in prossferis, eo quod tentatio quādoq̄ sentitur in aduersitate, sed raro in prosperitate. Verbi gratia: Cū aliquis increpatur, affligitur in corpore, molestatur in rebus vel amicis, sentitur tentatio sive motus impatiētiæ, indignationis, vel odii. Cum uero diligitur, laudatur, honoratur, tunc sentitur extollentia & inordinata mentis delectatio, nec attendit miser homo quantum sibi placeat indebite, qui aliis placere se credit. Et quanto minus & rarius sentitur tentatio, tanto minus & rarius, & tanto difficilius temptationi resistitur, quare etiam homo facilius vincitur.

*De fraterna correctiōe et emendatione per bona
exempla, et bonas exhortationes. Cap. lviii.*

Sollicitudo septima boni viri, et praecipue illius qui in sacris ordinibus constitutus est, esse debet pro salute aliorum, ut scilicet suo bono exemplo et exhortatione alios a peccatis trahat, et ad bonam vitam ducat, et praecepit illos, qui ei commisso sunt, aut quibus comauit. Hoc namque est maxime meritorium simul et iustum, quia qui aliquando prauo exemplo, aut forte negligentia sua aliis fuit causa damnationis, ita studere utique debet, ut aliquos rapiat de fauibus inimicorum et ad ovile Christi perducat. De hoc sic dicit beatus Augustinus: Non tantum curemus habere bonam conscientiam, sed etiam bonam famam quantum in nobis est propter exemplum aliorum. Item Gregorius: qui in occulto benevivit, sed alieno profectu' minime proficit, carbo est. Qui vero in imitatione sanctitatis positus bumen restitudinis in se multis demotifrat, lapas est, qua et sibi ardet, et aliis lucet. Hec autem emendatio non secure fit, nisi praevia oratio, et cum omni compassione, et in mansuetudine. Iuxta illud Psalmi: Corripet me iustus in misericordia, et increpabit me. Item: quoniam superueniet mansuetudo, et corripiemur. Correctio tamen praetorium requirit aliud modum non unquam propter circumstantias occurrentes. Sed simplex clericus, aut presbyter nihil debet ultra facere quam Apostolus dicit, ut scilicet procedat in spiritu lenitatis, seipsum considerando humiliter, ne in superbia eleuetur, et corruat: Potest autem sic, aut aliter dicere: Miror satis de meipso, quod non amplius studio emendare vitam, cum quotidie video mortem approquinquare, et cum nescio quando responsum sum tremendo iudicii, de singulis que feci, aut cogitavi. Haec et familia solent

FORMVL A VIVENDI

pronocare nōnulos ad cōpunctionem. quod si nullum cō-
punctionis signum ostendunt, tūc si pie eos vult admonere,
potest sic aut similiter dicere : Bone amice, si velletis, liben-
ter dicerem vobis aliqua, quæ in corde meo diu portauī. Et
tūc proponat ei, in quibus est defectuosus, semper benigne,
quia aliter nō recipiet, si iracundus & indignabūdus emen-
dator appareret. Verè, quia sunt quidam qui huiusmodi prælue-
dia non possunt sufferre, sed magis rotundo modo volunt
alloqui, sed nescio si in spiritualibus deseruiat, scio quod tas-
titer solent loqui : Ego sum simplex & planus, non possum
me ita sapiēter habere etc. Sed cōsideret vir sensatus, q̄ sunt
proni ad iram, si defectus eorum rotundo modo proferantur.
Dicunt quidam se libenter recepturos informationem; et id
ipsum petant, sed cum res ad effectum venerit, inflāman-
tur, irascuntur, & nōnunquam peiores sunt q̄ ante fuerūt.
Modestia igitur est in talibus magis cōgrua, quis aliter quis-
dam putat procedendum, uerè quomodo cunct̄ procedatur,
dum frater emendatur, satis est. Dixit quidam venerabilis
pater in heremo: Dæmon non expellit dæmonē, sic vir pas-
sionatus nō curat passionatum. De hac autem materia, sive
multa dicta sanctorum patrum, quæ hoc vnanimiter concilie-
dunt, q̄ fraterna correctio secure fieri non potest, nisi multa
discretione sit salita. Et sicut nemo leuiser prorumpere de-
bet in propriam laudem, sic nec in aliorum correctionem,
quia alios recte increpare, & se digne laudare difficultas
ynum est apud imperfectos.

Formulam hanc vivēdi deo dicatis viris & clericis ses-
cularibus in cuiusdam nō postremi nominis Bibliotheca
ea satis oportune repertam synodalibus his nosfris statutis


subiectere, nec inconsultum, nec ab re videbatur tanq; nos
stro negotio quod agimus, in longo tempore diuexata eccl^e
sia nostra Hildesemēn, reparāda, nō v̄sq; adeo dissimilem,
et alias nec absurdam nec ineptā, quandoquidem eandem
et ab sanctis patribus, tum ad dei gloriam, tum pro salute
animarū studiose cultam, maximoq; pretio habitam cognos-
cimus. Atq; osi ab illis in hunc diem eisdem huius formulæ le-
gibus ita inh̄sum atq; inuigilatum extitisset (vt merito de-
bebat) q̄tum ab illis diuagatum, declinatumq; est, proculdu-
bio siatus ecclesiasticus multo melius audiret, longeq; prius.
atq; felicius res eius omnes haberentur, quam dum ita incer-
tis legibus pro suo arbitrio quisq; præ decorū status sui ex-
viuit et degit. Ceterū cum modernus seculariū canonicoꝝ
status sit animarū periculis plenus, et à siatu gratiē pluris-
mum elongatus, ideo valde consultum esse videtur, vnicuiq;
seculari canonico desideranti in ea vocatione qua vocatus
est (hoc est in ecclesia illa, in qua præbendatus est permane-
re, et animam suam saluam facere) vt supradictam viuens
di formulam diligenter attendat, ac iuxta possibilitatem suā
ad practicam ponat et obseruet. Est enim debito seculariū
canonicorū statui, prout præsentis patitur qualitas temporis
optime cōueniens. Porro etiam cæteri seculares clerici, præ-
cipue vicarii aliiq; presbyteri et in sacris constituti, eādem
regulam vel formulam animaduertant, Nam et ipsi in ea
modum viuendi sibi congruum descriptum habent.

F I N I S.

Österreichische Nationalbibliothek




+Z160847900



Digitized by Google

einer,
oder
Haus

EN.



insteiner
bill
binden
then Haus
WIEN.

Digitized by Google

